

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

Accvsationis in c. verrem liber VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-116541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116541)

# ACCUSATIONIS

IN C. VERREM

LIBER VII.

ORATIO X.



**N**EMINI video dubium esse, Iudices, quin apertissimè C. Verres in Sicilia sacra profanaque omnia & priuatum, & publicè spoliavit, versatusque sit sine vlla non modo religione, verum etiam dissimulatione in omni genere furandi, atque prandandi. sed quaedam mihi magnifica & praeclara eius defensio ostenditur: cui quemadmodum resistam, multo mihi ante est, Iudices, prouidendum. ita enim causa constituitur, provinciam Siciliam virtute istius & vigilantia singulari, dubijs formidolosisque temporibus à fugitiuis, atque à belli periculis tutam esse seruatum. \* Quid agam, Iudices? quo accusationis meae rationem conferam? quo me verream? ad omnes enim meos impetus, quasi murus quidam, boni nomen Imperatoris opponitur. noui locum, video vbi se iactaturus sit Hortensius. belli pericula, tempora Reip. Imperatorum penuriam commemorabit, tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro suo iure contendet, ne patiamini talem Imperatorem Populo Romano Siculorum testimonij s eripi, neve obtereri laudem Imperatoriam criminibus auaritiæ velitis. \* Non possum dissimulare, Iudices: timeo, ne C. Verres propter hanc virtutem exi-

etiam in re militari, omnia, qua fecit, impune fecerit. venit enim mihi in mentem, in iudicio M. Aquilij quantum auctoritatis, quantum momenti oratio M. Antonij habuisse existimata sit: qui ut erat in dicendo non solum sapiens, sed etiam fortis: causa prope perorata, ipse arripuit M. Aquilium, constituit que in conspectu omnium, tunicamque eius a pectore abscidit, ut cicatrices Populi Rom. Iudicesque aspicerent, aduerso corpore exceptas, simul & de illo vulnere, quod ille in capite ab hostium duce acceperat, multa dixit: eoque adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehementer ut vererentur, ne quem virum fortuna ex hostium telis eripuisset, cum sibi ipse non pepercisset, hic non ad Pop. Rom. laudem, sed ad iudicum crudelitatem videretur esse seruatus. Hac eadem nunc ab illis defensionis ratio, viaque ventatur, idem queritur. sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omnium vitiorumque princeps: at est bonus Imperator, & felix, & ad dubia Reip. temporaria reseruandus. Non agam summo iure tecum, non dicam id quod debeam forsitan obtinere, cum iudicium certa lege sit constitutum: non quid in re militari fortiter feceris, sed quemadmodum manus ab alienis pecuniis abstinueris, abs te doceri oportere: non, inquam, sic agam, sed ita quaeram, quemadmodum te velle intelligo, qua tua opera, & quanta fuerit in bello? Quid dices? an bello fugitivorum Siciliam virtute tua liberatam? magna laus & honesta oratio. sed tamen quo bello? nos enim post id bellum, quod M. Aquilius confecit, sic accepimus, nullum

dam in Sicilia fugi-  
taria fuit, fatore  
non: nungitur  
appetere conat  
m M. Craff, aut  
ta: non arbitror  
vt quicquam eius  
delict, p. ex: It. alia  
non cop. possent. vbi  
et nam h. aut rati  
non nihil vngam p  
tum, M. Craff. fe  
licum, ne v. at vbi  
sciam tr. auferre poss  
ere prohibendus fu  
Berum aduentum  
fer in Italia bel  
Sicilia non fuit. Qu  
em fuit, eodem int  
de peruasis. Eten  
terem hoc loco prop  
sibilis? an cont. agi  
sem fuisse? adit  
re n. autem non m  
vere illis, quibus  
vltim fuerit ad O  
idem accedere. e  
non alio te potius  
op. auaricia: obtin  
tiam ante bel

## LIBER VII.

nullum in Sicilia fugitiuorum bellum fuisse. At in Italia fuit. fateor, & magnum quidem ac vehemens: num igitur ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris? num tibi illius victoria gloriam cum M. Crasso, aut Cn. Pompeio communicandam putas? non arbitror hoc etiam deesse tua impudentia ut quicquam eiusmodi dicere audeas. obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliam fugitiuorum copia possent. vbi? quando? qua ex parte? cum aut nauibus, aut ratibus conarentur accedere? nos enim nihil vnquam prorsus audiuimus, & illud audiuimus, M. Crassi fortissimi viri virtute consilioque factum, ne ratibus coniunctis freto fugitiui ad Mesaniam transire possent: à quo illi conatu non tantopere prohibendi fuissent, si vlla in Sicilia praesidia ad illorum aduentum opposita putarentur. \* At cum esset in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. Quid mirum? ne cum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruasit. Etenim propinquitas locorum ad vtrâ partem hoc loco profertur? vtrum aditum facilem hostibus? an contagionem imitari eius belli periculosam fuisse? aditus omnis hominibus sine vlla facultate natium non modo disiunctus, sed etiam clausus fuit: ut illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad Oceanum peruenire, quam ad Peroidem accedere. \* Contagio autem ista seruilis bellis: cur abs te potius, quam ab his omnibus, qui ceteras prouincias obtinuerunt, praedicatur? an quod in Sicilia iam antè bella fugitiuorum fuerunt? at ea

ipsa causa est, cur ipsa provincia minimo in periculo  
 sit & fuerit. Nam posteaquam illinc M. Aquilius  
 decessit, omnium instituta atque edicta Praetorum  
 fuerunt eiusmodi, ut ne quis cum telo seruus esset.  
 Vetus est quod dicam, & propter severitatem ex-  
 emplum nemini fortasse vestrum inaudium: L. Do-  
 mitium Praetorem in Sicilia, cum aper ingens ad  
 eum allatus esset, admiratum requisisse, quis eum  
 percussisset, cum audisset pastorem cuiusdam fu-  
 isse, eum ad se vocari iussisse: illum cupide ad Prae-  
 torem, quasi ad laudem atque premium accurrisse:  
 quaesivisse Domitium, qui tantam bestiam percussis-  
 set? illum respondisse, venabulo. Statim deinde ius-  
 su Praetoris in crucem esse sublatum. durum hoc for-  
 tasse videatur, neque ego ullam in partem disputo:  
 tantum intelligo, maluisse Domitium crudelem in  
 animadvertendo, quam in praetermittendo dissolu-  
 tum videri. \* Ergo his institutis provincia, iam tum,  
 cum bello fugitivorum tota Italia arderet, homo  
 non accerrimus, nec fortissimus, Cn. Norbanus in  
 summo ocio fuit: per facile enim sese Sicilia tue-  
 batur, ne quod in ipsa bellum posset existere. etenim  
 cum nihil tam coniunctum sit, quam negotiatores  
 nostri cum Siculis, usu, re, ratione, concordia: &  
 cum ipsi Siculi res suas ita constitutas habeant, ut  
 his pacem expediat esse imperium autem Pop. Rom.  
 sic diligant, ut id imminui, aut commutari minimè  
 velint: cumque haec abseruorum bello pericula, & Prae-  
 torum institutis, & dominorum disciplina provi-  
 sa sint, nullum est malum domesticum, quod ex ip-  
 sa pro-

provincia nostri possunt  
 in Sicilia seruum  
 sines facta esse d  
 Q. R. peruenit  
 sicut scribit: & tan  
 is aliquot locis seruu  
 in exte quem ex  
 i videret, quem non  
 videret, que esse qu  
 illa, commemorabo  
 um locum fugitivu  
 xiam Siculis fam  
 in aratro: res d  
 sicut iussu eius hom  
 peribit sunt, a  
 innotatum est,  
 sum. Quid deinde  
 aut praedam expedit  
 que eadem quatuor  
 ne potest esse etiam  
 necerrima est: et  
 lapid anserre, cu  
 innotatio aliqua  
 fieret. etiam alte  
 scio quidem seruu  
 si produci ad bellu  
 in, qui in consue  
 sicut plebeis sim  
 sicut sum maxime  
 in, nihil potest.

## LIBER VII.

sa prouincia nasci possit. \* Quid igitur? nulline mo-  
 tus in Sicilia seruorum Verre Prætoris? nullane con-  
 scriptiones factæ esse dicuntur? nihil sane quod ad  
 S. P. Q. R. peruenerit: nihil quod iste Romanæ publicæ  
 conscripserit: & tamen ceptum esse in Sicilia mo-  
 ueri aliquot locis seruitium suspicor: id aded non  
 tam ex re quam ex istius factis, decretisq; cognosco.  
 Ac videte, quam non inimico animo sim acturus: e-  
 go ipse hæc, quæ ille querit, quæ adhuc nunquam au-  
 distis, commemorabo, & proferam. \* In Tricalino,  
 quem locum fugitiui iam ante tenuerunt, Leonida  
 cuiusdam Siculi familia in suspicionem vocata est  
 conuersionis: res delata ad istum. Statim ( ut præ-  
 fuit ) iussu eius homines qui nominati erant, com-  
 prehensi sunt, adductique Lilyæum, domitio de-  
 nunciatum est, ut adesset. causa dicta damnati  
 sunt. Quid deinde? quid censeatis? furtum fortasse,  
 aut prædam expectatis aliquam? nolite vsque que-  
 re eadem querere: in metu belli, furandi qui lo-  
 cus potest esse? etiam si qua hæc fuit in hac re occasio,  
 præmissa est: cum potuit à Leonida nummorum  
 aliquid auferre, cum denunciavit, ut adesset. fuit  
 nundinatio aliqua, & isti non noua, ne causam  
 diceret, etiam alter locus, ut absoluerentur. dam-  
 natis quidem seruis, quæ prædandi potest esse ra-  
 tio? produci ad supplicium necesse est: testes enim  
 sunt, qui in consilio fuerunt, testos publicæ tabulæ,  
 testis splendidissima ciuias Lilybatana, testis ho-  
 nestissimus maximusq; conuentus ciuium Romano-  
 rum, nihil potest. producendi sunt. itaque producū-

itur, & ad palum alligantur. \* Etiam nunc mihi  
 expectare videmini, Iudices, quid deinde factum  
 sit: quod iste nihil unquam fecit sine aliquo quaestu  
 atque praeda, quid in eiusmodi resisteri potuit? quod  
 commodum est expectate facinus, quam vultis im-  
 probum: vincam tamen expectationem omnium,  
 nomine si elevis coniurationisque damnati, ad sup-  
 plicium traditi, ad palum alligati, repente multis  
 millibus hominum inspectantibus soluti sunt, & Leo-  
 nida illi domino redditi. Quid hoc loco potes dice-  
 re, homo amentissime? nisi id, quod ego non quero:  
 quod denique in re tam nefaria, tamen si dubitari  
 non potest, tamen nesci dubitetur quidem, quari o-  
 porteat? quid, aut quantum, aut quomodo accepe-  
 ris, remitto tibi hoc totum, atque ista te cura libera-  
 neque enim metuo ne hoc cuiquam persuadeatur,  
 ut ad quod facinus nemo prater te vlla pecunia ad-  
 duci potuerit, id tu gratis suscipere conatus sis. verum  
 de ista furandi praeaudique ratione nihil dico: de  
 hac imperatoria iam tua laude disputo. \* Quid ais  
 22 bone custos, defensorque provincia? tu quos seruos  
 arma capere, ac bellum facere in Sicilia voluisse co-  
 gnoras, & de consilij sententia iudicaras: hos ad sup-  
 plicium iam more maiorum traditos, & ad palum  
 alligatos, ex media morte eripere ac liberare aus-  
 sus es? ut quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc  
 indemnatis civibus Ro. reseruares? Perditia civitate  
 res, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exi-  
 tiales habere, ut damnati in integrum restituantur,  
 vincti solvantur, exules reducantur, res iudicantur.

sciudan-

## LIBER VI.

scindantur. Quæ cum accidunt, nemo est, quin intel-  
 ligat ruere illam Remp. hæc ubi eueniunt, nemo est,  
 qui vllam spem salutis reliquam esse arbitretur: at-<sup>13</sup>  
 que sicur facta sunt, facta sunt vt homines popu-  
 lares aut nobiles supplicio, aut exilio lenarentur:  
 vt non ab his ipsis, qui iudicassent: vt nõ statim: vt nõ  
 eorum facinorum damnati, quæ ad vitam & om-  
 nium fortunas pertinerent. hoc verò nouum, & e-  
 iusmodi est, vt magis propter reum, quàm propter  
 rem ipsam credibile esse videatur: vt homines ser-  
 uos: vt ipse qui iudicarat: vt statim è medio suppli-  
 cio dimiserit: vt eius facinoris damnatos seruos,  
 quod ad omnium liberorum caput, & sanguinem  
 pertineret. \* O præclarum Imperatorem, nec iam cū<sup>14</sup>  
 M. Aquilio fortissimo viro, sed verò cum Paulis, Sci-  
 pionibus, Marijs conferendum, taurumne vidis-  
 se in metu periculoquæ provinciæ cum seruitiorum  
 animos in Sicilia suspensos propter bellum Italia  
 fugitiuorum videret, ne quis se commouere aude-  
 ret, quantum terroris iniicit? comprehendi iussit.  
 Quis non pertimescat? causam dicere dominas.  
 quid seruis tam formidolosum? fecisse videri pro-  
 nunciauit. exortam videtur flammam paucorum  
 dolore ac morte restinxisse. Quid deinde sequitur?  
 verbera, atque ignes, & illa extrema ad suppli-  
 cium damnatorum, metum caterorum, cruciatu,  
 & crux. hisce omnibus supplicijs sunt liberati. Quis  
 dubitet, quin seruorum animos summa formidi-  
 ne oppresserit? cum viderent ea facilitate Prato-  
 rem, vt ab eo seruorum sceleris coniurationis-



que damnatorum vita, vel ipso carnifice internun-  
 15 <sup>15</sup> cio redimeretur. \* Quid? hoc in Apolloniensi Aristo-  
 damo? quid? in Leonte Megarenensi non idem fecisti?  
 iste morus seruorum, bellique subita suspicio,  
 utrum tibi tandem diligentiam custodienda pro-  
 uincia, an nouam rationem improbitissimi quaestus  
 & honesti? Halyciensis Eumenida nobilis hominis  
 & honesti, magna pecunia villicus, cum impul-  
 sуро msimulatus esset, H. S. LX. à domino  
 accepisti: quod nuper ipse iuratus docuit quem-  
 admodum gestum esset. Ab Equite Romano. C. Ma-  
 trinio absente, cum is esset Roma, quod eius villi-  
 eos pastores que tibi in suspicionem venisse dixeras,  
 H. S. centum abstulisti: dixit hoc L. Flauus, qui  
 tibi eam pecuniam numerauit, procurator C. Ma-  
 trinij, dixit ipse C. Matrinus: dicit vir clarissimus  
 Cn. Lentulus Censor, qui Matrinij honoris caus-  
 sa, recenti negotio ad te litteras misit, mittendas-  
 16 <sup>16</sup> que curauit. \* Quid? de Apollonio Diocli filio Pan-  
 normitano, cui Gemino cognomen est, prateriri  
 potest? ecquid hoc tota Sicilia clarius? ecquid mani-  
 festius proferripotest? quem is, uti Panormum ve-  
 nit ad se vocari, & de Tribunali citari iussit  
 concursu magno, frequentiaq. conuentus. Homines  
 statim loqui, mirari, quod Apollonius homo pecunio-  
 sus tandem ab isto maneret integer: excogitauit;  
 nescio quid attulit, profecto homo diues repente  
 à Verre non sine causa citatur: expectatio summis  
 omnium, quidnam id esset, cum exanimatus  
 subito ipse accurrit cum adolescente filio. Nam  
 pater

pater grandis natu iamdiu lecto tenebatur. \* no-  
 minat iste seruum, quem magistrum pecoris esse di-  
 ceret: eum dicit coniuasse, & alias familias concitasse. is omnino seruus in familia non erat. eum statim exheredi iubet. Apollonius affirmat seruum se omnino illo nomine habere neminem. iste hominem abripi a tribunali, & in carcerem conjici iubet. ille clamare, cum raperetur, nihil commississe: pecuniam sibi esse in nominibus, numeratam in presentia non habere. hac cum maximè summa hominum frequentia testificaretur, vt quibus intelligere posset, eum quod pecuniam non dedisset, idcirco illa tam acerba iniuria affici. cum maximè, vt dico, hoc de pecunia clamaret, in vincla coniectus est. \* Videte constantiam Prætoris, & eius Prætoris, qui in his rebus non ita defendatur, vt mediocris Prætor: sed ita laudetur, vt optimus Imperator. Cum seruorum bellum metueretur, quo supplicio dominos indemnatos afficiebat, hoc seruos damnatos liberabat. Apollonium locupletissimum hominem, qui si fugitiui bellum in Sicilia facerent, amplissimas fortunas amitteret, belli fugitiuorum nomine, indicta causa, in vincla coniecit: seruos, quos ipse cum cōsilio belli faciēdi causa consensisse iudicauit, eos sine consilij sententia sua sponte omni supplicio liberauit. \* Quid? si ab Apollonio aliquid commissum est, quamobrem iure in eum animaduerneretur: tamen ne hanc rem sic agemus, vt crimini, aut inuidia reo putemus esse oportere si quo de homine seuerius iudicauit? Non agam

IN VERREM

tam acerbe, non utar ista accusatoria consuetudi-  
 ne, si quid est factum clementer, ut dissolute factis  
 criminer: si quid vindicatum seuerere est, ut ex eo  
 crudelitatis inuidiam colligam: non agam ista ra-  
 rione, tua sequar iudicia, tuam defendam autori-  
 tatem, quoad tu uoles: simul ac tute caperis tua iu-  
 dicia rescindere, mihi succensere desinito: meo enim  
 iure contendam, eum qui suo iudicio condemnatus  
 sit, iuratorum iudicium sententijs damnari oportere.  
 20 \* Non defendam Apollonij causam, amici atque  
 hospitis mei, ne tuum iudicium videar rescindere:  
 nihil de hominis frugalitate, virtute, diligentia, di-  
 cam: praetermittam illud etiam, de quo antea dixi,  
 fortunas eius ita constitutas fuisse, familia, pecore,  
 villis, pecunijs creditis, ut nemini minus expediret,  
 vllum in Sicilia tumultum, aut bellum commoueri  
 non dicam ne illud quidem, si maxime in culpa fue-  
 rit Apollonius, tamen in hominem honestissimum, ci-  
 uitatis honestissimae, tam grauius animaduerti  
 21 causa indicta non oportuisse. \* nullam inuidiam in  
 te ne ex illis quidem rebus conceitabo. cum esset talis  
 vir in carcere, in tenebris, in squalore, in sordibus, ty-  
 rannicis interditijs tuis patri exacta aetate, & ado-  
 lescenti filio adeundi ad illum miserum potestatem  
 nunquam esse factam: etiam illud praeteribo  
 quotiescunque Panormum ueneris illo anno &  
 sex mensibus (nam tam diu fuit in carcere Ap-  
 pollonius) toties ad te Senatum Panormitanum  
 adesse supplicem cum magistratibus, sacerdoti-  
 busque publicis, orantem, atque obsecrantem,  
 ut ali-

ut aliquando ille miser, atque innocens calamita-  
 te illa liberetur. relinquam hæc omnia, quæ si velim  
 persequi, faciliè ostendam tua crudelitate in alios,  
 omnes tibi aditus misericordie iudicum iampridem  
 esse præclusos. \* omnia igitur ista concedam, &  
 remittam. prævideo enim quid sit defensurus Hor-  
 tensus. fatebitur apud istum, neque senectutem pa-  
 tris, neque adolescentiã filij, neque lacrimas vtri-  
 usquæ plus valuisse, quam vtilitatẽ, salutemq; pro-  
 vincia. dicet Remp. administrari sine metu ac seve-  
 ritate nõ posse: quæret quamobrem fasces Prætoribus  
 præferantur? cur securæ datæ? cur carcer adifica-  
 tus? cur tot supplicia sint in improbos more maiorum  
 constituta? quæ cum omnia graviter severeque di-  
 xerit, quæram cur hunc eundem Apollonium Verres  
 idem, repẽte, nulla nova re allata, nulla deïensione,  
 sine causa de carcere emitti iusserit? tantum quæ in  
 hoc crimine suspicionis esse affirmabo, ut iam ipsi  
 iudicibus sine mea argumentatione coniecturã fa-  
 cere permittam, quod hoc genus prædandi, quam  
 improbum, quam indignum, quamq; ad magnitu-  
 dinem questus immensum, infinitumque esse videat-  
 ur. \* Nam quæ iste in Apollonio fecit, ea primum  
 breuiter cognoscite, quot, & quanta sint: deinde  
 hæc expendite, atque æstimate pecunia: reperietis  
 idcirco hæc in vno homine pernicioso tot constitu-  
 ta, ut cæteris formidines similium incommodorum  
 atque exempla periculorum proponerentur. Pri-  
 mum insinulatio est repentina, capitalis, atque in-  
 iudiosi criminis: sit at nite quanti hoc putetis, & quam  
 multo

multo redemisse. Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, estimata harum verum omnium precia: & cogitate in his iniquitatibus vnum habuisse Apollonium: cetero profecto multos ex his incommotis pecunia se liberasse. Postremo tenebra, vincula, carcer, inclusum supplicium, atque à conspectu parentum ac liberum, denique à libero spiritu & communi luce seclusum.

24 \* Hæc verò, quæ vel vitæ rediri rectè possunt, estimare pecunia non queo. hæc omnia sero redimit Apollonius, iam marore, ac miserij perditus: sed tamen ceteros docuit, ante istius auaritia ac sceleris occurrere. Nisi verò estimatis hominem pecuniosissimum sine aliqua causa questus iniectum ad tam incredibile crimen: aut sine eadem causa repente è carcere emissum: aut hoc prædandi genus ab isto in illo vno adhibitum ac tentatum, & non per illum omnibus pecuniosis Siculis mecum propositum & iniectum. \* Cupio mihi, Iudices, ab illo subiici, quoniam de militari eius gloria dico, si quid forte prætereo. Nam mihi videor de omnibus iam rebus eius gestis dixisse, quæ quidem ad belli fugitivorum pertinerent suspicionem: certe nihil sciens prætermisi. Habetis hominis consilia, diligentiam, vigilantiam, custodiam, defensionemque provinciae: summa illuc pertinet, ut sciatis, quoniam plura genera sunt Imperatorum, ex quo genere iste sit. Ne diutius in tanta penuria virorum fororum talem Imperatorem ignorare possitis: non ad Q. Maximi sapientiam, neque ad illius superioris Africam in re gerenda

## LIBER VI.

gerenda celeritatē, neq. ad huius, qui postea fuit  
 singulare consilium, neque ad Pauli rationem, ac  
 disciplinam, neque ad C. Marij vim atque virtutē:  
 sed ad aliud genus Imperatorum sanè diligēter re-  
 tinendū & conseruandū, quæso cognoscite. 26  
 Itine-  
 rum primum laborem, qui vel maximus est in re mi-  
 litari, Iudices, & in Sicilia maxime necessarius,  
 accipite quam facilem sibi iste & iucundum ratio-  
 ne, consilioque reddiderit. Primum temporibus hy-  
 bernis, ad magnitudinem frigorū, & ad tempesta-  
 tū vim ac imbrum, præclarū sibi hoc remedium cō-  
 parat: ut bē Syracusas elegerat: cuius hic situs at-  
 que hac natura esse loci calique dicitur, ut nullus vn-  
 quam dies tam magna turbulentaque tempestate  
 fuerit, quin aliquo tempore solem eius diei homines  
 viderent. hic ita viuebat iste bonus Imperator hi-  
 bernis mensibus, ut eum non facile, non modo extra  
 lectum, sed ne extra lectum quisquam videret. ita  
 diei breuitas conuiujs, noctis longitudo stupris &  
 flagitijs conterebatur. 27  
 Cum autē ver esse cōperat,  
 cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo  
 astro notabāt: sed cum rosam viderat, tunc incipere  
 ver arbitrabatur: dabat se labori atq. itineribus:  
 in quibus vsque ad se prebebat patientem atque im-  
 pigrum, ut eum nemo vnquam in equo sedentem  
 videret. Nam, ut mos fuit Bithyniæ Regibus lectica  
 hexaphoro ferebatur: in qua puluinus erat perlu-  
 cidus Melitensi rosa factus. ipse autem coronam  
 habebat vnā in capite, alteram in collo, reti-  
 culumque ad nares sibi apponebat tenuissimo li-  
 no,

no, minutis maculis, plenū rosa. Sic confecto itinere, cum ad aliquod oppidum venerat, eadem lectica usque in cubiculum deferabatur. eo veniebant Suiolorum magistratus, veniebant Equites Ro. id quod ex multis iuratis audistis: cōtrouersia secreto deferabatur, paulo post palam decreta auferebantur: deinde vbi paulisper in cubiculo precio, non equitate iura descripserat, Veneri iam, & Libero reliquū

28 tēpus debere arbitrabatur. \* quo loco mihi non praetermittēda videtur praclari Imperatoris egregia ac singularis diligentia. Nam scūote esse oppidum in Sicilia nullum ex his oppidū, in quibus consistere Praetores & conuentum agere solent, quo in oppido non isti ex aliqua familia non ignobili delecta ad libidinem mulier eset: ita quod nonnulla ex eo numero in conuiuium adhibebantur palam: si qua castiores erant, ad tempus veniebant: lucem, conuentumque vitabant. erant autem conuiuia non illo silentio Praetorum, atque Imperatorum, neque eo pudore, qui in magistratuū conuiuijs versari solent, sed cum maximo clamore, atque conuicio. nonnunquā etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat. iste enim Praetor seuerus ac diligens, qui Pop. Romani legibus nūquam paruisset: illis diligenter legibus, quae in poculis ponebantur, obtemperabat. in aequae erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus ē conuicio, saequam ē praelio auferretur: alius tanquam occisus relinqueretur: plerūque, fusi sine mente ac sine villo sensu iacerent. ut quiuis cum aspexisset, non se Praetoris conuiuium, sed ut Canensem pug-

diam: nequitia videre arbitraretur. \* Cum verò assās  
 sumnia esse iam cœperat, quod tempus omnes Sici-  
 lia semper Pratores in itineribus consumere con-  
 suetuerunt: propterea quod tum putant obeun-  
 dum esse maxime prouinciam; cum in aruis frumen-  
 ta sunt: quod & familia congregantur; & mag-  
 nitude seruitij perspicitur, & labor operis maxime  
 offenditur; & frumenti copia cominonet; tempus  
 anni non impediturum, inquam, cum concursant  
 ceteri Pratores, iste, nouo quodam ex genere Im-  
 perator, pulcherrimo Syracusarum loco statua  
 sibi castra faciebat. \* nam in ipso aditu atque 30  
 ore portus, ubi primum ex alto sinus ad urbem ab  
 littore inflectitur, tabernacula carbasis intentā  
 velis collocabat; huc ex illa domo Pratoria qua  
 Regis Hieronis fuit, sit emigrabat, ut per eos dies  
 nemo istum extra illum locum videre posset. in  
 eum autem ipsum locum aditus erat nemini, nisi  
 qui aut socius, aut minister libidinis esse posset.  
 huc omnes mulieres, quibuscum iste consueue-  
 rat, conueniebant: quarum incredibile est quanta  
 multitudo fuerit Syracusis. huc homines digni  
 istius amicitia, digni vitā illa, conuiujsque  
 veniebant. inter eiusmodi viros ac mulieres adul-  
 ta etate filius versabatur: ut eum etiam sinaturā  
 à parentis similitudine abriperet; consuetudo tam-  
 en ac disciplina patri similem esse cogeret. \* huc 32  
 Tertia illa perdueta per dolum atque insidias ab  
 Rhodio tibicine, maximas in istius castris esse-  
 cisse turbas dicitur: cum indignè pateretur vxor  
 Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, iteq; vxor Ae-

Mm

schronis,



IN VERREM

scronis, honesto loco nata, in conuentum suum Mi-  
 mi Isidori filiam venisse, iste autem Hannibal, qui  
 in suis castris virtute putaret oportere, non ge-  
 nere certari: sic hanc Tertiam dilexit, vt eam se-  
 cum ex prouincia exportaret. ac per eos dies cum i-  
 ste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur  
 in conuiujs muliebribus, non offendebantur  
 homines in eo, neque moleste ferebant abesse à foro  
 magistratum, non ius dici, non iudicia fieri, lucum il-  
 lum littoris percrepare totum mulierum vocibus,  
 cantuque symphonia: in foro silentium esse summum  
 caussarum atque iuris, non ferebant homines mole-  
 ste. non enim ius abesse videbatur à foro, neque iu-  
 dicia: sed vis, & crudelitas, & honorum acerba  
 atque indigna direptio. \* Hunc tu igitur Imperato-  
 rem esse defendis, Hortensi? huius furta, rapinas,  
 cupiditatem, crudelitatem, superbiam, scelus, au-  
 daciam, rerum gestarum magnitudine, atque Im-  
 peratoris laudibus regere conaris? Hic scilicet est  
 metuendum, ne ad exitum defensionis tuae vetus illa  
 Antoniana dicendi ratio, atque autoritas proferat-  
 ur: ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne  
 cicatrices populus Rom. aspiciat, ex mulierum mor-  
 tu vestigia libidinis atque nequitiae. \* Dii faciant,  
 vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas.  
 cognoscantur enim omnia istius aera illa vetera, vt  
 non solum in imperio, verum etiam in stipendijs qua-  
 lis fuerit, intelligatis. renouabitur prima illa mili-  
 tia, cum iste è foro abduci, non vt ipse predicat, per-  
 duci solebat. alicuius Placentini castra commemo-  
 rabuntur: in quibus cum frequens fuisset, tamen

## LIBER VII.

are dirutus est. multa eius in stipendijs damna pro-  
 ferentur, qua ab isto etatis fructu dissoluta & com-  
 pensata sunt. \* Iam verd, cum in eiusmodi patien- 34  
 tia turpitudinis, aliena non sua facietate obdu-  
 ruisset, qui vir fuerit, quot prosidia, quam munita  
 pudoris & pudicitiae vi & audacia ceperit, quid me  
 attinet dicere? aut coniungere cum istius flagitio  
 cuiusquam praeterea dedecus? non faciam, Iudices.  
 omnia vetera praeterritam. duo sola recentia sine  
 cuiusquam infamia ponam: ex quibus coniecturam  
 facere de omnibus possitis. vnum illud, quod ita fuit  
 illustre, notumque omnibus, vt nemo tam rusticanus  
 homo L. Lacculo & M. Contra COSS. Romana  
 ex vilo municipio iudimonij causa venerit, quin  
 sciret iura omnia Populi Romani nutu atque ar-  
 bitrio Chelidonis meretricula gubernari. alterum,  
 quod cum paludatus exisset, vota pro imperio  
 suo communique populi Romani nuncupasset: no-  
 ctu stupri causa lectica in urbem introferri so-  
 litus est ad mulierem, nuptam vni, propositam  
 omnibus contra fas, contra auspicia, contra  
 omnes diuinas atque humanas religiones. \* O dy 35  
 immortales, quid interest inter mentes hominum  
 & cogitationes? ita mihi meam voluntatem,  
 spemque reliqua vita, vestra populi que Romani ex-  
 stimatio comprobet: vt ego quos adhuc mihi ma-  
 gistratus populus Romani mandauit, sic eos acce-  
 pi, vt me omnium officiorum obstringi religione ar-  
 bitrarer. Ita Quaestor sum factus, vt mihi hono-  
 rem illum tum non solum datum, sed etiam cre-  
 ditum ac commissum putarem, sic obtinui Quatu-  
 rum 2 ram in

IN VERREM

ram in prouincia Sicilia, vt omnium oculos in me  
 vnum coniectos arbitrarer: vt me, Questuramque  
 meam, quasi in aliquo orbis terra theatro versari  
 existimarem: vt omnia semper, qua iucunda vi-  
 dentur esse, non modo his extra ordinarijs cupidi-  
 tatibus, sed etiam ipsi natura ac necessitati deuega-  
 rem. \* Nunc sum designatus Aedilis: habeo rationem  
 36 quid à Pop. Rom. acceperim: mibi ludos sanctissimos  
 maxima cum cerimonia Cerei, Libero, Liberaque  
 faciendos: mibi Floram matrem populo plebique  
 Ro. ludorum celebritate placendam: mibi lu-  
 dos antiquissimos, qui primi Romani sunt nomi-  
 nati, maxima cum dignitate, ac religione Ioui,  
 Iunoni, Minervaque esse faciendos: mibi sacrarum  
 adium procurationem, mibi totam urbem tuen-  
 dam esse commissam: ob earum rerum laborem,  
 & sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorum  
 in Senatu sententia dicenda locum, togam prætex-  
 tam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam  
 posteritatemque prodandam. Ex his ego rebus omni-  
 bus, Iudices, ita mibi deos omnes propitios esse ve-  
 lim, vt, tamen si mibi iucundissimus est bonos populi,  
 tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quan-  
 tum sollicitudinis & laboris, vt hæc ipsa Aedilitas,  
 non quia necessario fuerit, alicui candidato data:  
 sed quia sic oportuerit, recte collocata, & iudicio  
 37 populi digno in loco posita esse videatur. \* Tu cum es-  
 ses Prætor renunciatus quoquo modo (mitto enim et  
 prætereo, quid tum sit actum) sed cum esses renunciat-  
 us, vt dixi, non ipsa præconis voce excitatus es, qui  
 te toties seniorum immiorumque, centurys illo honore

officii pronunciauit : vt hoc putares, aliquam Reip.  
 partem tibi creditam? annum tibi illum vnum, do-  
 mo carendum esse meretricis? Cum tibi sorte obti-  
 gisset, vt ius diceres, quantum negocij, quid oneris  
 haberes nunquam cogitasti : neque illud rationis  
 habuisti, si forte experges facere te posses : eam pro-  
 uinciam, quam tueri, singulari sapientia atque in-  
 tebritate difficile esset, ad summam stultitiam,  
 nequitiamque venisse. Itaque non modo domo  
 tua Chelidonem in Praturam extrudere voluisti,  
 sed in Chelidonis domum Praturam tuam ro-  
 tam detulisti. \* Secuta provincia est in qua tibi  
 inquam venit in mentem, non tibi idcirco fal-  
 ces, & secures, & tantam imperij vim, tantamque  
 ornamentorum omnium dignitatem datam, vt  
 earum rerum vi, & autoritate omnia repagula  
 iuris pudori, & officij perfringeres : — vt omnium  
 bona predam tuam duceres : nullius res tuta,  
 nullius domus clausa, nullius vita septa, nullius pu-  
 dicitia munita, contra tuam cupiditatem, & auda-  
 ciam, posset esse in qua tute ita gessisti, vt cum om-  
 nibus tenere rebus, ad bellum fugitiuorum confu-  
 gas : ex quo iam intelliges non modo tibi nullam  
 defensionem, sed maximam vim criminum exor-  
 tam. Nisi forte Italici bellifugitiuorum reliquias,  
 atq; illud Ibempsanum incommodum proferes. ad  
 quod recens, cum te peropportune fortuna obtulis-  
 set, si quid in te virtutis, atq; industria fuisset, idem,  
 qui semper fueras, inuentus es. \* Cū ad te Valenti-  
 nus venisset, & pro his homo disertus & nobilis M. Ma-  
 rius loqueretur, vt negocium susciperes : vt, cū pene

IN VERREM

te pratorium imperiam ac nomen esset, ad illam partem manum extinguendam, duces te principemque praberes: non modo id refugisti, sed eo ipso tempore, cum esses in littore, Tertia illa tua, quam tecum deportabas, erat in omnium conspectu. ipsis autem Valentinis ex tam illustri nobilique municipio, tantis de rebus responsum nullum dedisti, cum esses cum tunica pulli, & pallio. Quid hunc proficiscentem, quid in ipsa prouincia fecisse existimatus? qui cum iam ex prouincia, non ad triumphum, sed ad iudicium decederet, non illam quidem infamiam fugerit, quam sine vlla voluptate capiebat.\* O diuina Senarum frequentis in ade Bellona admurmuratio. Memoria tenetis, Iudices, cum ad uespera sceret, & paulo ante esset de hoc Thempsano incommodo nunciatum, cum inueniretur nemo qui in illa loca cum imperio mitteretur, dixisse quendam, Verrem esse non longe à Thempsa: quàm valde vniuersi admurmurarent, quàm palam principes contradixerint. Et is tot criminibus testimonijsque conuictus, in eorum tabellis sibi aliquam ponit, quorum omnium palam, causa incognita, voce damnatus est.\* Esiò nihil ex fugitiuorum bello, aut suspitione belli laudis adeptus est: quod neque bellum eiusmodi, neque belli periculum fuit in Sicilia, neque ab isto prouisum est, ne quod esset: at verò contra bellum pradonum classem habuit ornatam, diligentiamque adhibuit in eo singularem. Itaque isto Pratore praclare defensa prouincia est. Sic de bello pradonum, si de classe Siciliensi, iudices, dicam, ut hoc iam ante confirmem, in hoc vno genere omnes

## LIBER VII.

omnes inesse culpas istius maximas auaritia, ma-  
iestatis, dementia, libidinis, crudelitatis. hac dum  
breuiter expono: quaeso, vt fecistis adhuc, diligenter  
attendite. \* Rem naualem primum ita dico esse 42  
administratam, non vti provincia defenderetur,  
sed vt classis nomine pecunia quaeretur. Superi-  
orum Praetorum consuetudo cum hac fuisse, vt na-  
ues ciuitatibus, certusque numerus nauarum mi-  
litumque imperaretur, maxima & locupletissi-  
ma ciuitati Mamertina nihil horum imperauisti,  
ob hanc rem quid tibi Mamertini clam dederint  
pecunia, post si videbitur ex ipsorum literis & testi-  
bus quaeremus. \* nauem verò Cybeam maximam,  
triremis instar, pulcherrimam atque ornatissi- 43  
mam, palam edificatam sumptu publico, sciente  
Sicilia, per magistratum Senatumque Mamer-  
tinum, tibi datam donatamque esse dico. hac  
nauis onusta prada Siciliensi, cum ipsa quoque  
esset ex prada, simul cum iste decederet, appulsa Ve-  
liam est, cum plurimis rebus, & ijs quas ante Ro-  
mam mittere cum ceteris furtis noluit, quod erant  
charissima, maximeque cum delectabant. Eam na-  
uem nuper egomet vidi Velia, multi que alij vide-  
runt, pulcherrimam atque ornatissimam, Iudices,  
qua quidem omnibus qui eam aspexerant, prospe-  
ctare iam exilium, atque explorare fugam domini  
videbatur. \* Quid mihi hoc loco respondebis? nisi for- 44  
te id, quod tamen st probari nullo modo potest, tamen  
dici quidem in iudicio de pecunijs reperundis ne-  
cesse est: de tua pecunia constare edificatam esse eam  
nauem. Audet hoc saltem dicere, quod necesse est. no-li metu-

si metuere, Hortensi, ne quaram, qui licuerit adificare nauem Senatori. antiqua sunt ista leges, & mortua, quemadmodum tu soles dicere, quae vetant. fuit ista Resp. quondam fuit ista seueritas in iudicijs, ut istam rem accusator in magnis criminibus obijciendam putaret. Quid enim tibi naue opus fuit? qui si quo publicè proficisceris, & praedij, & vecturae causa, sumptu publico nauigia praberentur: priuatim autem nec proficisci quoquam potes, nec accersere res transmarinas ex his locis, in quibus tibi habere, **45** mercari nihil licet. \* Deinde cur quicquam contra leges parasti? valeret hoc crimen in illa veteri seueritate ac dignitate Reip. nunc non modò te hoc crimine non arguo: sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo. Postremo tu tibi hoc nunquam criminofum, nunquam inuidiosum fore putasti? celeberrimo loco palam tibi adificari onerariam nauem in ea prouincia, quam tu cum imperio obtinebas? Quid eos loqui, qui videbant: quid existimare eos, qui audiebant, arbitrabare? in anem te nauem esse in Italiam deducturam? nauiculariam te, cum Romam venisses, esse facturum? ne illud quidem quisquam poterat suspicari, te habere in Italia maritimum fundum, & ad fructus deportandos onerariam nauem comparare, eiusmodi de te voluisti sermonem esse omnium: palam ut loquerentur, te illam nauem parare, quae praedam ex Sicilia deportaret, & quae ad ea furtiva, quae reliquisses, **46** mearet? \* Verum haec omnia, si doces nauem de tua pecunia adificatam, remitto, atque concedo.

si d

## LIBER. VI.

sed hoc, homo amentissimè, non intelligis priore a-  
 ctione ab ipsis istis tuis Mamertinis laudatoribus esse  
 sublatum. Nam dixit Heius princeps ciuitatis,  
 princeps istius legationis, qua ad tuam laudatio-  
 nem missa est, nauem tibi operis publicis Mamerti-  
 norum esse adificatam, eique faciendæ Senatorem  
 Mamertinum publice praefuisse. Reliqua est ma-  
 teries, hanc Rhegynis, ut ipsi dicunt ( tamen si tu  
 negare non potes) publicè, quod Mamertini ma-  
 teriem non habent, imperaui. Si, & ex quo sit  
 nauis, & quis faciunt, imperio tibi tuo, non  
 precio praestofuerunt, ubi tandem istuc later,  
 quod tu de tua pecunia dicis impensum? \* At  
 Mamertini in tabulis nihil habent. 17  
 primum video potuisse fieri, ut ex erario nihil da-  
 rent. Etenim vel capitolium, sicut apud maiores  
 nostros factum est, publice gratis coactis fabris, o-  
 perisque imperatis, exadificari, atq; effici potuit:  
 deinde id quod perspicio, & quod ostendam cum  
 istos produxero, ipsorum ex litteris, multas pecunias  
 isti erogatas, in operum locationes falsas atque in-  
 anas esse perscriptas. Nam illud minime mirum est,  
 Mamertinos, a quo summum beneficium acceperat,  
 quem sibi amiciores quam P. Ro. esse cognouerant,  
 eius capiti litteris suis pepercisse. Sed si argumento est  
 Mamertinos pecunias tibi non dedisse, quia scrip-  
 tum non habent, sit argumento tibi gratis constae-  
 re nauem, quia quid emeris, aut quid locaueris,  
 scriptum proferre non potes. \* At enim idcirco 48  
 nauem Mamertinis non imperasti, quod sunt scē-  
 derari, diū approbent, habemus hominem in Fecia-



49 *lium manibus educatum, vnum præter ceteros in publicis religionibus fœderum sanctum & diligentem. omnes qui ante te Prætoros fuerunt, dedantur Mamertinis, quod ijs nauem contra pactionem fœderis imperarint. Sed tamen tu, sancte homo ac religiose, cur Taurominitanis item fœderatis nauem imperasti? an hoc probabis? in æqua causa populorum sine precio varium ius, & disparem conditionē iussisse? Quid si eiusmodi esse hæc duo fœdera duorum populorū, iudices, doceo, vt Taurominitanis nominatim cautū & exceptum sit fœdere, ne nauem dare debeant: Mamertinis in ipso fœdere sanctum atque perscriptum sit, vti nauem dare necesse sit? istū autem contra fœdus & Taurominitanis imperasse, & Mamertinis remisisse? num cui dubium poterit esse, quin Verre Prætoræ plus Mamertinis Cybea, quam Taurominitanis fœdus opitulatum sit? Recitentur fœdera. **MAMERTINORVM ET TAVROMINITANORVM CVM POP. ROM. FOEDERA.** Isthō igitur tuo, quemadmodum ipse prædicat, beneficio, vt res indicat, precio atq; mercede, minuisi maiestatem Reip. minuisi auxilia Pop. Rom. minuisi copias maiorum virtute ac sapientia comparatas: sustulisti ius imperij, conditionē sociorū, memoriam fœderis. Qui ex fœdere ipso nauem vel vsq; ad Oceanū, si imperassemus, sumptu periculorū suo armatā atq; ornatam mittere debuerunt: hi ne in freto ante sua tecta, & domos nauigarent: ne sua moenia portusq; defenderent: precio abs te ius fœderis & imperij conditionem redemerunt. \* Quid censeris in hoc fœdere faciundo voluisse*

Ma-

iustitiam impendere la  
 se hinc emi asserberetur  
 istius maioribus imp  
 in impendebatur tam q  
 modo in illo salu  
 ita fermitati. Quod  
 ipse nega re, nulli Pe  
 in a maioribus nostris fe  
 nec id noui in illo nouo  
 ore Imperij nostri quæ  
 utentem, summa in d  
 iuppico asseruit sunt. A  
 loent: et quem nauem  
 in classe, aut in præsidio  
 ritum Mamertinis dede  
 cul consilio, utemque  
 framentum equaliter  
 idem oporteres: id que  
 uane Mamertinis remi  
 sertinis non debere. ap  
 urerentem? non enim  
 genere quod exiger  
 ur. Te igitur autem, &  
 remmeatu Mamertin  
 debuerunt. \* Quæ  
 met qui publicos ag  
 que Censoria dare deb  
 quæ ex alio genere m  
 quod præter singulas  
 debentur: hinc quoque  
 vniuersi empta dar

## LIBER VII.

Mamertinos impendere laboris, opera, pecunia, ne  
 hæc birem̄is ascriberetur, si id vllō modo possent à  
 nostris maioribus impetrare? nam cum hoc mu-  
 nus imponebatur tam græue ciuitati, inerat nescio  
 quo modo in illo fœdere societatis quasi quedam  
 nota seruitutis. Quod tum recentibus suis offi-  
 cijs, integra re, nullis Populi Romani difficultati-  
 bus à maioribus nostris fœdere assequi non potue-  
 runt: id nunc nullo nouo officio suo, tot annis post  
 iure Imperij nostri quot annis vsurpatum, ac semper  
 retentum, summa in difficultate nauium à C. Ver-  
 te precio afecuti sunt. \* At non hoc solum, ne nauës  
 darent: ecquem nautam, ecquem militem, qui aut  
 in classe, aut in praesidio esset, te Pratore per trien-  
 nium Mamertini dederunt? Denique cum ex Sena-  
 tus consulto, itemque ex lege Terentia & Cassia  
 frumentum aequaliter emi ab omni Sicilia ciuita-  
 tibus oporteret: id quoque munus leue atque com-  
 mune Mamertinis remisisti. Dices frumentum Ma-  
 mertinos non debere. quomodo non debere? an vt  
 ne venderent? non enim erat hoc genus frumenti ex  
 eo genere quod exigeretur, sed ex eo, quod emeretur.  
 Te igitur autorem, & interpretem, ne sero quidem  
 & commeatu Mamertini populum Romanum iuuare  
 debuerunt. \* Qua tandem ciuitas fuit, quæ de-  
 beret? qui publicos agros arant, certum est quid ex  
 lege Censoria dare debeant. cur hjs quicquam pro-  
 terea ex alio genere imperauisti? Quid Decumanis?  
 nū quid præter singulas Decumas ex lege Hieronica  
 debent? cur hjs quoque statuisti, quantum ex hoc ge-  
 nere frumētī empti darēt, qui sunt immunes, h̄ certò  
 nihil

nihil debent, at is non modo imperasti: verū eti-  
 am quo plus darent quam poterant, hac sexagena mil-  
 lia modiorum, qua Mamertinis remiseras, addidisti.  
 Neque hac dico, ceteris non recte imperatum esse.  
 Mamertinis, qui erant in eadem causa, & quibus  
 superiores omnes Praetores, item ut ceteris, impe-  
 rarant: pecuniamque ex senatus consulto, & ex le-  
 ge dissoluerant, his dico non recte remissum, & ut  
 hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trahali  
clauo figeret cum consilio causam Mamertino-  
 rum cognoscit. & de consilij sententia Mamerti-  
 nis se frumentum non imperare pronunciat: \* au-  
 dite decretum mercenarij Praetoris, ex ipsius  
 commentario, & cognoscite quanta in scriben-  
 do gratias, quanta in constituendo iure sit auto-  
 ritas, Recita commentarium. **DECRETVM EX**  
**COMMENTARIO.** Libenter aut se facere, ut aequi  
 perscribit. Quid si hoc verbo non esses vsus, libenter  
 nos videlicet inquit te quaestum facere perarem?  
 ac de consilij sententia, praclarum recitari consilij,  
 Iudices, audistis, utrum vobis consilium recitari tū-  
 dem Praetoris videbatur, cū audiebatū nomina? an  
 54 praedonis improbissimi societates atque comitatus? an  
 foederum in interpretes, societatis pactores, religio-  
 nis autores? nunquam in Sicilia frumentum publice  
 est emptum quin Mamertinis pro portione impera-  
 tur, antequam hoc delectum praclarumque consili-  
 um iste dedit, ut ab his nummos acciperet, ac suis si-  
 milis esset. Itaque tantū valuit istius decreti auto-  
 ritas, quantū debuit eius hominis, quia quibus fru-  
 mentū emere debuisset, is decretum vendidisset. Nā  
 sta-

## LIBER VI.

Statim L. Metellus, ut isti successit, ex C. Sacerdotis  
 & Sex. Peducei instructo, ac literis frumentum Ma-  
 mertinis imperavit, tū illi intellexerūt, se id, quod  
 a malo autōre emissent, diutius obrinere non posse.  
 \* Age porò tu, qui te tam religiosum existimare vo-  
 luisi interpretē fœderum, cur Tauronū vitanis fru-  
 mentum, cur Netinis imperasti? quarum civitatum  
 vitrag, fœderatā est, ac Netini quidem sibi non de-  
 fuerunt, nam simul ac provinciasti libenter te Ma-  
 mertinis quidem remittere te adierunt, & eandem  
 suam causam fœderis esse docuerunt, tu aliter de-  
 cernere eadem in causa non potuisti, provincias  
 Netinos frumentum dare non oportere: & ab his tā-  
 men exiges. Cedo mihi eiusdem Pratoris literas, &  
 verum decretarum frumētū imperati, & rerum de-  
 cretarum iurici empti. LITERAE PRAETORIS  
 RERV M DECRET ARVM FRV MENTI IMPERA-  
 TI, ET FRV MENTI EMPTI. Quid potius in hac tā-  
 tā ac tā turpi inconstantiā suspicari possumus, Iudi-  
 ces, quam id quod necesse est? aut isti à Netinis pecu-  
 niam, cum posceret, non datam: aut id esse actum,  
 ut intelligerent Mamertini, bene se apud istum tā  
 multa precia ac mūnera collocasse, cum idem aliū iu-  
 ris ex eadem causa non obtinerent. \* Hic mihi etiā  
 audebit mentionem facere Mamertina laudatio-  
 nis? in qua quā multa sint vulnera, quis est vestrū,  
 iudices, quin intelligat? Primum, ut in iudicijs; qui  
 decem laudatores dare non potest, honestus est ei  
 nullum dare, quam illum quasi legitimum numerū  
 consuetudinis non explere, tot in Sicilia civitates  
 sunt: quibus tu per triennium praefuisti: arguunt ea-

vera: pauca, & parua metu repressa silent: vna lau-  
 dat. hoc quid est, nisi intelligere quid habeat utili-  
 tatis vera laudatio? sed tamen ita Verres provin-  
 cia profuisti, vt hac utilitate necessario sit caren-  
 37 dum. \* Deinde id quod alio loco ante dixi, qua est i-  
 sta tandē laudatio? cuius laudationis Legati prin-  
 cipes & publice tibi nauem edificatam, & priua-  
 tim se ipsos abs te spoliatos, expilatosque esse dix-  
 erunt? Postremo quid aliud isti faciunt, cum te soli  
 ex Sicilia laudant: nisi testimonio nobis sunt, te om-  
 nia sibi esse largitum, quæ tu de Rep. nostra detra-  
 xeris? Quæ Colonia est in Italia tam bono iure? quod  
 tam immune municipium, quod per hos annos tam  
 commoda vacatione sit vsum omnium rerum, quam  
 Mamertina ciuitas per triennium? soli ex fœ-  
 dere quod debuerunt, non dederūt: soli isto Pratōre  
 omnium rerum immunes fuerunt. soli in istius im-  
 perio ea conditione vita fuerunt, vt Po. Ro. nihil da-  
 rent, Verri nihil denegarent. \* Verum vt ad classē,  
 38 quo ex loco sū digressus, reuertar: accepisti à Ma-  
 mertinis nauem contra legem: remisisti contra fœ-  
 dera. ita in vna ciuitate bis improbus fustis: cum &  
 remisisti quod non oportebat, & accepisti quod  
 non licebat. exigere te oportuit nauem, quæ con-  
 tra predones, non quæ cum præda nauigaret:  
 quæ defenderet, ne prouincia spoliaretur. Non quæ  
 noua prouincia spolia portaret. Mamertim tibi &  
 urbem, quod furti a vndique deportares, & nauem, quæ  
 exportares, præbuerunt. Illud tibi oppidum recepta-  
 culū prædæ fuit: illi homines testes, custodesq; fur-  
 torum: illi tibi & locum furtis, & furtorum vehi-  
 culum

## LIBER VII.

culum comparauerunt. Itaque ne tum quidem, cum  
 classem auaritia, ac nequitia tua perdidisti, nauem  
 Mamertinis imperare ausus es: quo tempore in  
 tanta inopia uacuum, tantaque calamitate pro-  
 uincia, etiam si precario essent rogandi, tamen ab  
 his impetraretur. reprimebat enim tibi & impe-  
 randi vim, & rogandi conatum: praeclara illa non  
 Pop. Rom. reddit abiremis, sed Praetori donata  
 Cybea. Ea fuit merces imperij, auxiliij, iuris,  
 consuetudinis, foederis. \* Habetis vnus ciuitatis 59  
 firmum auxilium amissum, ac venditum pre-  
 cio. cognoscite nunc nouam praedandi ratio-  
 nem, ab hoc primum excogitatam. Sumptum  
 omnem in classem frumento, stipendio, ceteris-  
 que rebus suo quaque Nauarcho ciuitas semper  
 dare solebat. is neque ut accusaretur à nautis con-  
 mittere audebat, & ciuibus suis rationem refer-  
 re debebat: in illo omni negotio, non modo labore,  
 sed etiam periculo suo versabatur. Erat hoc, ut di-  
 co, factitatum semper: nec solum in Sicilia, sed in  
 omnibus prouincijs: etiam in sociorum, & Latino-  
 rum stipendio ac sumptuum, cum illorum auxi-  
 lijs uti solebamus. Verres post imperium constitu-  
 tum primus imperauit, ut ea pecunia omnis à ciui-  
 tatibus sibi adnumeraretur: ut is eam pecuniam  
 tractaret, quem ipse praefecisset. † cui potest esse du-  
 bium, quamobrem & omnium consuetudinem vete-  
 rem primus immutauit? & tantam utilitatē per a-  
 lios tractanda pecunia neglexerit? & tantam dif-  
 ficultatem cum crimine, molestiam cum suspitione  
 susceperit? Deinde alij quastus instituuntur: ex vno  
 gene.

genere nauali videre quam multi: accipere à ciuitatibus pecunias, ne nauas darent: precio certo missos facere nauas: missorum omne stipendium lucrari: reliquis quod deberet, non dare. Hæc omnia ex ciuitatum testimonijs cognoscite. Recita testimonia ciuitatum, TESTIMONIUM CIVITATVM:

- 61<sup>o</sup> Hunc cene hominem? hanc cene impudentiam, Iudice? hanc cene audaciam? ciuitatibus pronumerò militum pecuniarum summas describere; certò precio sexcentenos nummos nauarum missione cõstitueret, quos qui dederat, commentum totius astatis abstulerat, iste quod & naua nomine pro stipendio frumentoque acceperat, lucrabatur. Itaque quæstus duplex vnius missione fiebat. Atque hæc hominissimi in tanto prædonum impetu, tantoque periculo prouincia, sic palam faciebat, ut ipsi prædones sciret, & tota prouincia testis esset. \* Cũ propter istius hanc tantam auaritiã, nomine classis esset in Sicilia, re quidem vera nauas inanes, quæ prædam Prætori, nõ quæ prædonibus metum afferrent: tamẽ, cum P. Cæsecus & P. Tadius decem nauibus his semiplenis nauigarent, nauem quandam piratarum præda refertam, non ceperunt, sed adduxerunt onere suo planè captam atq; depressam. Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati, multa cum stragula veste. Hæc vna nauis à classe nostra nõ captæ est, sed inuenta ad Megaridem, quæ locus est non longe à Syraculis. quod ubi isti nunciatum est, tamen si noctu cum mulierculis iacebat ebrius, erexit se tamen, & statim Quæstoris Legatõq; suo custodes misit complures, ut om-
- ni

libri integra quæ impri-  
tum nauis Syraculis  
publicum sum de cap  
libri aduerti, non præda  
desormes et ai, non in d  
quod forma, et at u, ar  
mes non nullas Scriba  
et symphonias homin  
inam moueri no sit. m  
conferuntur. at hup  
eque supplicium sum op  
dicit per sua sum quæ d  
na esse debetis iustum  
ipat at am pecuniam  
s. iudex esse bonus nem  
era non mouetur. homi  
venz, amicum te uet  
quum ceperit, quam li  
tat omnium esse patuer  
uæ Syraculis videt uer  
nem captam, vidisse  
nos, ut sciret fieri, am  
re uoperent. Quid, uic  
uolueret non te uer  
quære possit? El mouer  
quæstus diuiciu nomine  
ipat, eam cum erant  
uibus, amicum q; ex  
uanda nem me fuisse e  
uibus. Tunc cepit.

LIBER VII.

nia sibi integra quàm primum exhiberentur.\* Ap-<sup>63</sup>  
 pellitur nauis Syracusas: expectatur ab omnibus  
 supplicium sumi de captiuis putatur. iste quasi pra-  
 da sibi aduecta, non prae donibus captis, si qui senes  
 aut deformes erant, eos in hostiâ numero ducit: qui  
 aliquid formae, atatis, artificij, habebant, abducit  
 omnes nonnullos Scribis suis, filio, cohortiq; distri-  
 buit: symphoniacos homines sex cuidam amico suo  
 Romam muneri misit. nox illa tota exinanenda  
 nauis consumitur. Archipiratam ipsum videt, nemo  
 de quo supplicium sumi oportuit: hodieq; omnes sic  
 habent persuasum (quid eius sit, vos coniectura quo-  
 que assequi debetis) istum clâ à piratis ob hunc Archi-  
 piratam pecuniam accepisse.\* Coniectura bona<sup>64</sup>  
 est. iudex esse bonus nemo potest, qui suspitione  
 certa non mouetur, hominem nostris, consuetudi-  
 nemq; omnium tenetis: qui ducem praedonum aut  
 hostium ceperit, quam libenter eum palam ante o-  
 culos omnium esse patiat. Hominem in tanto cõ-  
 uentu Syracusis vidi neminem, Iudices, qui Archi-  
 piratam captum, vidisse se duceret, cum omnes, vt  
 mos est, vt solet fieri, concurrerent, quærent, vi-  
 dere cuperent. Quid accidit, cur tantopere iste ho-  
 mo occultaretur? vt eum ne casu quidem quisquã  
 aspiceret posset? Homines maritimi Syracusis, qui  
 sæpe istius ducis nomen audissent: cum eum sæpe ti-  
 muissent, cum eius eruciari atque supplicio pasce-  
 re oculos, animuq; exaturare vellent, potestas  
 aspiciendi nemini facta est.\* Vnus plures prae-<sup>65</sup>  
 donum, aures viuos cepit. & Seruilius, quam omnes

Nn antea



IN VERREM.

ante. Et quando igitur isto fructu quisquam ca-  
 rit, ut videre pirata cap. ū non liceret? At contra,  
 qua. ūq; iter fecit, hōi iucundis. mū spectaculum  
 omnibus victorum captorūq; hostium praebebat. I-  
 taque ei cōcur sus vndiq; fiebant: ut nō modo ex his  
 oppidis qua ducebantur, sed etiā ex finitimis visē-  
 di causa conuenirent. ipse autē riuūbus quamobrē  
 omnium triumphorum gratissimus Pop. Rom. fuit,  
 atq; iucundissimus? quia nihil est victoria dulcius:  
 nullū est autem testimonium victoria certius quā  
 quos saepe metueris, eos te victos ad suppli. iū duci  
 66 videre? Hoc tu quamobrem non fecisti? quamob-  
 rem ita iste pirata celatus est, quasi eum aspiciere  
 nefas esset? quamobrem supplicium non sumpsisti?  
 quam ob causam hominem reseruasti? ecquem au-  
 didisti in Sicilia antea captum Archipiratam, qui nō  
 securi percussus sit? vnum cedo, autorem tui facti,  
 vnius profer exemplum. viuum tu Archipiratam  
 seruabas: quem per triumphum credo, quem ante  
 curru tuum duceres. neq; enim quicquam erat  
 iam reliquum, nisi vt classe Pop. Rom. pulcherrima  
 amissa, prouinciāq; lacerata, triumphus naualis ti-  
 bi decerneretur. \* Age porrō, custodiiri duces praē-  
 donum nouo more, quam securi ferri omnium ex-  
 67 emplo magis placuit. Qua sunt ista custodia? apud  
 quos homines? quem admodum est asseruati? La-  
 tomias Syracusanas omnes audistis, plerq; nostis,  
 opus est ingens magnificum, Regum, a Tyranno-  
 rum: totum est ex saxo in mirandam altitudinem  
 depresso, & multorum operu penitus excisa. nihil

tam clausum ad exitus, nihil tã sceptrum vndiq;  
 nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogita-  
 ri potest. in has Latomias, si qui publicè custodien-  
 di sunt, etiam ex ceteris oppidiis Sicilia deduci im-  
 peratur. \* Quod eodē multos captiuos ciues Romanos  
 coniecerat, & quod eodē ceteros piratas contrudi  
 imperarat, intellexit, si hunc subditium Archipi-  
 ratam in eandem custodiam dedisset, fore vt à  
 multis illis in Latomijs verus ille dux quaeretur,  
 itaque hominē huic optime tutissimq; custodia nō  
 audet committere, deniq; Syracusas totas timet,  
 amāndat hominem, quo? Lilybaum fortasse, video:  
 tamen homines maritimos non planè reformidat.  
 minime, tudices. Panormum igitur? audio: quan-  
 quam Syracusis, quoniam in Syracusano captus  
 erat, maximè si minus supplicio affici, ac custodiri  
 oportebat, ne Panormū quidem. \* Quid igitur? quo  
 putat is? ad homines à piratarū metu & suspicione  
 alienissimos, à nauigando rebusque maritimis re-  
 motissimos, ad Cēturipinos, homines maximè me-  
 diterraneos, summos aratores, qui nomen nunquā  
 vimissent maritimi prædonis, vnū te præatore hor-  
 ruisse Apronū cercestrem Archipiratam. Et vt  
 quuu facile perspiceret, id ab isto actū esse, vt ille  
 suppositus facile & libenter se illum qui non erat,  
 esse simularet: imperat Centuripinis, vt si victu ca-  
 teriq; rebus quam liberalissimè commodissimèq;  
 habeatur. \* Interea Syracusani homines periti, &  
 humani, qui non modo ea, que perspicua essent, vi-  
 dere, verū etiā occulta suscipari possent: habebant

IN VERREM

rationem omnes quotidie piratarum, qui securi fer-  
 riruntur: quam multos esse oporteret, ex ipso nau-  
 glio, quod erat factum sex remorum numero, con-  
 giebant. Iste quod omnes qui artificio aliquid ha-  
 buerant, aut forma, remouerat atque abduerat:  
 reliquos, si ut consuetudo est, vniuersos ad palu-  
 ligasset, clamorem populi fore suspicabatur, cum  
 tanto plures abducti essent, quam relictii. propter  
 hanc causam cum instituisset alios alio tempore  
 produceret: tamen in tanto conuentu nemo erat,  
 qui rationem numerumque haberet, & reliquos  
 non desideraret solum, sed etiam posceret & flagi-  
 taret.\* Cum maximus numerus deesset, tum iste  
 71. homo nefarius in eorum locum, quos domum suam  
 de piratis abduerat, substituere & supponere coe-  
 pit ciues Romanos, quos in carcerem antea come-  
 cerat: quorum alios Sertorianos milites fuisse infi-  
 mulabat, & ex Hispania fugientes ad Sicilia ap-  
 pulsos esse dicebat: alios qui a praedombus erat cap-  
 ti, cum mercaturam facerent, aut aliquam ob causam  
 nauigarent, sua voluntate cum piratis fuisse argue-  
 bat. Itaque alij ciues Ro. ne cognoscerentur, captibus  
 obuolutis in carcere ad palum, atque ad necem rapien-  
 tur: alij cum a multis ciuibus Ro. recognosceren-  
 tur, ab omnibus defenderentur, securi feriebantur.  
 Quorum ego de acerbissima morte, crudelissi-  
 moque cruciatu dicam: cum eum locum tractare coe-  
 pero: & ita dicam, ut si me in ea querimonia, quam  
 sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuium  
 Ro. indignissima morte, non modo vires, verum et  
 iam vi-

LIBER

vita deficiat, ad nihil  
 it. Haec igitur est ge-  
 ca my. paroni piratarum  
 obnoxii Romanos respo-  
 sissent: & artifices de-  
 con, & ad eorum numerum  
 in cruciati, & necatio-  
 rum & argentum & alia  
 dolum sese sese in diti-  
 caisset, repente in M. A.  
 in responso cum in ciu-  
 carum negasset securi  
 pectus sceleris, & su-  
 neratus, dixit se, quod  
 in, pecuniis aut acceptis-  
 vniuersis supplicium pe-  
 ni esse apud sese ab-  
 vniuersa Populi Romani,  
 in ac singularem ciue-  
 vniuersam annos eques Ro-  
 vniuersam negat, & acri-  
 & clamor, cum tamen  
 vniuersum Pop. Rom. &  
 vniuersum iudicum fenerit  
 in crimini dicitur vni-  
 vniuersum etiam suspicari  
 habere, tamen non in a-  
 vniuersum habere debet  
 vniuersa in diti, &  
 vniuersum esse cum vni-

iam vitā deficiat, id mihi praclarum & iucundum  
 purē. \* Hæc igitur est gestares, hæc victoria præ- 73  
 clara myoparone piratico capto, dux liberatus,  
 symphoniaci Romam misisti: formosi homines, & a-  
 dolentes, & artifices domum abduci: in eorum  
 locum, & ad eorū numerū ciues Ro. hostilē in mo-  
 dum cruciati, & necati: omnis vestis ablata: omne  
 aurum & argentū & ablatum, & auersum. At quē  
 admodū ipse sese induit priore actione? qui tot dies  
 tacuisset, repente in M. Annij hominis splendidis-  
 simi testimonio, cum is ciues Ro. dixisset, & Archi-  
 piratam negasset securi esse percussum: exiuit cō-  
 scientia sceleris, & furore ex maleficijs concepto  
 excitat us. dixit se, quod sciret sibi crimini datum  
 iri, pecuniam accepisse, neque de vero Archipirata  
 sumpsisse supplicium; ideo securi non percussisse: do-  
 mentiā Populi Romani, sed potius patientiam mi- 73  
 ram ac singularem, ciuem Roman. securi esse per-  
 cussum Annij eques Romanus dicit. taces. Archi-  
 piratam negat. fateris. sit in eo gemtus omnium  
 & clamor. cum tamen à presenti supplicio tuo se  
 continuit Pop. Rom. & repressit, & salutis tuera-  
 tionem iudicum seueritati referuauit. Qui sciebas  
 tibi crimini datum iri? quamobrem sciebas? quam-  
 obrem etiam suspicabare? inimicū habebas neminē.  
 si haberes, tamē non ita vixeras, vt metum iudicij  
 propositum habere debes. antē te, id q̄ fieri solet  
 conscientia timidum, suspiciosūq; faciebat? quid  
 igitur cum esses cum imperio, iam tū iudicium &



I N V E R R E M

erimen horrebas: reus cum tot testibus coarguare,  
 74 potes de damnatione dubitare? Verum si crimen  
 hoc metuebas, ne quis abs te suppositū esse diceret,  
 quis pro Archipirata securi ferretur, vtrum, tandē  
 tibi ad defensionem firmius fore putasti in iudicio  
 coactu atque effragitatu meo producere ad igno-  
 tos tanto post eum quem Archipirata esse ai eres?  
 an recente re, Syracusanis apud notos, inspectante  
 Sicilia penē tota, securi ferire? vide quid inter sit  
 vtrum faciendū fuerit. in illo reprehensio nulla esse  
 potuit: hic defensio nulla est. itaque illud semper  
 omnes fecerunt: hoc quis ante te, quis prater te fe-  
 terit, quero. Piratam viuum tenuisti, quem ad fi-  
 nem? dum cum imperio fuisti? quamobrem? quā ob  
 causam? quo exemplo? cur tam diu? cur, inquam,  
 ciuibus Romanis quos pirata ceperant, securi sta-  
 75 tum percutis, ipsis piratis lucis vsuram tam diu-  
 turnam dedisti? Verum esto, si tibi illud liberum,  
 omne tempus, quod cum imperio fuisti, etiāne pri-  
 uatus, etiamne reus, etiamne penē damnatus, ho-  
 stium duces priuata in domo detinuisti? Vnum, al-  
 terum mensem, prope annum: demq; domi tua pi-  
 rata, à quo tempore capti sunt, quoad per me lici-  
 tū est, fuerunt: hoc est quoad per M. Acilium Gla-  
 brionem licitum est, qui postulāte me, producti atq;  
 in carcerem condi imperauit. Quod est huiusce rea-  
 rum? qua consuetudo? quod exemplum? hostē acer-  
 rimum atque infestissimum Popu. Rom. (cu potius  
 communem hostē, gentium, nationumq; omnium,  
 quisquam omnium mortalium priuatis iura me-  
 uia do-

L I B E

na domi sua retinere p  
 sine tu coactū et cō  
 pto pradam domi  
 equam prade domi  
 nam contra Populum  
 dices: apud me habet  
 iudicium meum, quo  
 dlicere possem, vtrum  
 itane veriturna per  
 fendeatū suspicari  
 tui, non ad P. Ro. tem  
 priuatis iudicij affere  
 plant et q; dicitur v  
 be per tu impium de  
 fructūq; v. dicitur a Pop  
 tamen cum de ferro  
 incipit, illos dicitur  
 dicit q; v. dicitur imp  
 et mure credo esse d  
 tu non fuerit: priu  
 bi causa esse dicendū  
 dicitur ferretur, quā  
 tu periculo reueret  
 nimen ait te metus  
 dicit istam Syracu  
 nam ab omnibus de  
 vna quin abs te per  
 placentur suppo  
 ditate velle et can  
 uoluntate aut e meto

aia domi sua retinere poterit? Quid si pridie, quã  
 à me tu coactus es cõsiteri, ciuibus Rom. securi per-  
 cussus prædonum ducem viuere, apud te habitare: si  
 inquam, pridie domo tua profugisset, si aliquã ma-  
 num contra Populum Rom. facere potuisset: quid  
 diceres? apud me habitauit, meũ fuit, ego illum ad  
 iudicium meum, quo facilius crimen inimicorum  
 diluere possem, viuum atq; incolumem reseruasti.  
 Itane verò: turua pericula communi periculo de-  
 fendes? tu supplicia, quæ debentur hostibus victis, ad  
 tuũ, non ad Po. Ro. tempus conferes? Po. Ro. hostis  
 priuaticus tui diebus asseruabitur? At etiam qui triũ-  
 phant ei q; diutius viuos hostium duces seruat, vt  
 his per triumphum ductis pulcherrimũ spectaculũ,  
 fructũq; victoria Populus Romanus percipere possit:  
 tamen cum de foro in Capitolium currum subire  
 incipiunt, illos duci in carcerem iubent: idemque  
 dies & victoribus imperij & victis vitæ finẽ facit.  
 Et nunc credo esse dubium, quin tu id commissu- 77  
 rus non fueris: præsertim cum statuisses, vt au, tibi  
 causã esse dicendã, vt ille Archipiratã nõ porius  
 securi feriretur, quã, quod erat ante oculos positũ,  
 tuo periculo viueret? Si enim esset mortuus, tu quis  
 crimen ais te metuisse, quæro cui probares, cũ con-  
 staret istum Syracusis ab nullo visum esse Archipi-  
 ratã, ab omnibus desideratum? Cum dubitaret  
 nemo, quin abs te pecunia liberatus esset: cum vul-  
 go loquerentur suppositum in eius locum, quem pro  
 illo probare velles: cum tute fassus esses, te id cri-  
 men tanto ante metuisse: si eũ diceres, esse mortuũ,

IN VERREM.

quis te audiret? nunc cum viuum istum nescio quē  
 78 produces, tamen te deideri vides. \* Quid si au-  
 fugisset? si vincula rupisset? ita vt Nico ille nobi-  
 lissimus pirata fugit, quem P. Seruilus, qua felici-  
 tate ceperat: eadem recuperauit. quid dices? Ve-  
 rum hoc er at: si ille semel verus Archipirata secu-  
 ri percussus esset, pecuniam illam nō haberes: si hic  
 falsus esset mortuus, aut profugisset: nō esset diffi-  
 le alium in suppositi locum supponere. Plura dixi,  
 quam volui, de illo Archipirata, & tamen ea qua  
 certissima sunt huius criminis argumenta, praeter-  
 misi, vobis enim mihi totum esse crimen hoc inte-  
 grum, est certus locus, certa lex, certum tribunal,  
 79 quo hoc reseruetur. \* Hac tanta praeda auctus: mā-  
 cipijs, argento, veste locupletatus, nihilo diligentior  
 ad classem ornandam, milites reuocandos alēdosq;  
 esse cepit: cum ea res non solum prouincia saluti,  
 verū etiam ipsi praeda esse posset. Nam est ate sum-  
 ma, quo tempore ceteri Praetores obire prouinciā,  
 & concurrere consueuerunt: aut etiam in tanto  
 prae donū metu, & periculo ipsi nauigare: eo tēpore  
 ad luxuriam, libidinesq; suas domo sua regia, quae  
 Regis Hieronis fuit, quae Praetores vti solēt, conten-  
 tus non fuit, tabernacula, quemadmodum consue-  
 uerat temporibus aetiui: quod antea tam demon-  
 strauit, carbaseis intenta velis collocari iussit in li-  
 tore: quod est littus in insula Syracusis post Aret hu-  
 sa fontem, propter ipsum introitum atque ostium  
 80 portus, ameno sane & ab arbitris remoto loco. \* Hic  
 dies aetiui sexaginta Praetor Pop. Rom. custos de-  
 fensorq;

LIBER

in foris, prouincia sic  
 maxima esset, vt nec  
 & praetextatum filio  
 rone dixeram, vt vni  
 fuisse. non unquam et  
 libebatur: multiteres a  
 nam Mami Isidori filio  
 rem abshodis tribuere  
 vror Asclerius Syrac  
 rimi verus, qui in ista  
 ra Sicilia per celeberrim  
 mia, vt prae dicitur, v  
 hanc Cleomenes vni  
 libidinis aduersari me  
 mal ab isto domi be  
 tur. illo autem temp  
 impendens, quam  
 Syracusis, vixit et  
 to ac libero tot in ad  
 excipit rem singul  
 praesertat, Cleomen  
 nem Syracusis  
 hic eo facit, vt ille ne  
 nauigaret: sed etiam  
 beneficiorū abesse: q  
 quo viro, non liberi  
 quam istius libidinis  
 tenes animo securi  
 ritum, at tanquam  
 ita uicem sociorum,

## LIBER VII.

sensorq; provincia sic vixit, vt muliebria quotidie  
 conuiuia essent, vir accumberet nemo prater ipsum  
 & prater atum filium: tametsi recte sine excep-  
 tione dixeram, virum, cum isti essent, neminem  
 fuisse, nonnunquam etiã libertus Timarchides ad-  
 hibebatur: mulieres autẽ nupte nobiles, prater vi-  
 nam Mini Isidori filiam, quam iste propter amo-  
 rem ab Rhodio tribicine abduxerat: Vippa quadam,  
 vxor Aeschronis Syracusani: de qua muliere plu-  
 rimi versus, qui in istius cupiditatem facti sunt to-  
 ta Sicilia percelebrantur. \* Erat Nice facie exi-  
 mia, vt predicatur, vxor Cleomenis Syracusani.  
 hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen huius  
 libidini aduersari nec poterat, nec audebat: & si-  
 mul ab isto donis beneficijsq; plurimis deuincieba-  
 tur. illo autem tempore iste, tametsi ea est hominis  
 impudentia, quam vobis, ipse tamen cum vir esset  
 Syracusis, vxorem eius parum poterat animo solu-  
 to ac libero tot in acta dies secum habere: itaque  
 excogitat rem singularem, naues, quibus Legatus  
 praesuerat, Cleomeni tradit, Classi Pop. Rom. Cleo-  
 menem Syracusanum praesse iubet atque imperat.  
 hoc eo facit, vt ille non solum abesset à domo tum cū  
 nauigaret: sed etiam libenter cum magno honore,  
 beneficioq; abesset: ipse autem remoto atque able-  
 gato viro, non liberius quam ante (quis enim vn-  
 quam istius libidini obstitu?) sed paulo solutiore  
 tamen animo secum illam haberet, si non tanquam  
 virum, at tanquam amulum remouisset. \* Acci- 82  
 pit nauem sociorum, atque amicorum Cleomenes

Nn 5

Syrac



IN VERREM

Syracusanus Quid primum aut accusem aut que-  
 rar, iudices? Siculo ne homini, Legati, Quaestoris,  
 Pratoris, denique potestatem, honorem, cui honorati  
 dant? Si te impediabat ista conuictorum mulierum,  
 que occupatio: vbi quaestores? vbi Legati? vbi ternis  
 denariis aestimatum frumentum? vbi multi vbi ta-  
 bernacula? vbi tot tantaque ornamenta in gstrati-  
 bus? Legatis à Senatu Populoque Ro. permissa  
 data? denique vbi Praefecti, & Tribuni tui? Si ci-  
 uis Rom. dignus isto negotio nemo fuit, quid ciui-  
 tates qua in amicitia fideque po. Ro. perpetuo ma-  
 serant? vbi Segestana? vbi Centuripina ciuitas,  
 quae tum offi. ijs fide, vetustate: tum etiam cogna-  
 tione Ro. Rom. nomen attingunt? Odi immortales  
 quid si harum ipsarum ciuitatum militibus, nauir-  
 bus, Nauaribus, Syracusanus Cleomenes iussus est  
 imperare? non omnis honos ab ista dignitatis, aequi-  
 tatis offi. ijque sublatus est? Ecquod in Sicilia bel-  
 lum gessimus, quin Centuripinis socijs, Syracusanis  
 hostibus videremur? atq; haec omnia ad memoriam  
 vetustatis, non ad contumeliam ciuitatis referri  
 volo. itaque ille vir clarissimus, summusq; impe-  
 rator M. Marcellus, cuius virtute capti, misericordia  
 conseruati sunt Syracusa: habitare in ea parte vr-  
 bis, qua insula est, Syracusanum neminem voluit,  
 bodie, in qua Syracusanum in ea parte habitare non  
 licet: est enim locus, quem vel pauci possunt defen-  
 dere. committere igitur eum non fidelissimis homi-  
 nibus noluit simul quod ab illa parte vrbis nauibus  
 aditus ex alto est: quamobrem qui nostros exercitus  
 saepe

sepe excluferant, his claustra loci committenda non  
 existimauit. \* Vide quid uersu in uiam libidine  
 maiorumque auctoritatem: inter amorem furorem-  
 que tuam, & illorum consilium atque prudentiam illi  
 aditum litoris Syracusanis ademerunt: tu maritimum  
 imperium concessisti: illi habitare in ea loco Syracusa-  
 num quo naues accedere possent, noluerunt: tu classi &  
 nauibus Syracusanum praesse uoluisti, quibus illi vr-  
 bis suae partem adem erunt, us tu nostri imperij  
 partem dedisti: & quorum sociorum opera Sy-  
 racusanis non bis dicta audientes sunt, eos Syracusanis  
 dicto audientes esse insisti. \* Egre ditur Centuripina  
 quadriremi Cleomenes e portu: sequitur Segestana  
 nauis, Tyndaritana, Herbitensis, Herachensis, Apollo-  
 niensis, Halitina: praecleara classis in speciem, sed inops,  
 & infirma propter dimissionem propugnatorum atque re-  
 migum, tandiu in imperio suo classem iste Praetor dili-  
 gens uidit, quamdiu conuiuium eius flagitiosissimum  
 prateruectum est, ipse autem qui uisus multis diebus  
 non esset, cum se tamen in conspectum nautis paulisper  
 dedit, stetit soleatus Praetor Pop. Rom. cum pallio  
 purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus in litore.  
 in hoc ipso istum uersu Siculi ciuesque Romani per-  
 multi saepe uiderunt. \* Posteaquam paulum prouecta clas-  
 sis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est,  
 nauta fame coacti, radices palmarum agrestium,  
 quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Si-  
 cilia, multitudo colligebant, & his miseri perdi-  
 ti que aiebantur. Cleomenes autem, qui aliorum  
 se Ver-

84

85

86

IN VERREM

*se* Verrem cum luxuria, atque nequitia, tum etiā  
 imperio putaret: similiter totos dies, in litore ta-  
 bernaculo posito perpotabat. Ecce autem repente  
 ebrio Cleomenē, esurientibus ceteris, nunciatur pi-  
 ratarum naues esse in portu Edissa. nam ita is locus  
 nominatur. nostra autem classis erat in portu Pa-  
 chym. Cleomenes autē, quod erat terrestre. presi-  
 dum nō re, sed nomine, sperabat ijs militibus, quos  
 ex eo loco deduxisset, explere se numerum nauarum  
 & remigum posse. reperta est eadem istius ho-  
 minis auarissimi ratio in praesidijs, quae in classibus:  
 87 nam erant per pauci reliqui, ceteriq; dimissi. \* Prin-  
 ceptus Cleomenes in quadremi Centuripina malum  
 erigi, vela feri, praecidi anchoras imperauit: & si-  
 mul, ut se ceteri sequerentur signū dari iussit. haec  
 Centuripina nauis erat incredibili celeritate uelis.  
 Nam scire isto praetore nemo poterat, quid quaque  
 nauis remis facere posset. Etsi in hac quadremi  
 propter honorem & gratiam Cleomenis minime  
 multi remiges & milites deerant. Euolat iam ē  
 conspectu fere fugiens quadremis, cum etiam  
 tunc cetera naues sua in loco moliebantur. \* Erat  
 animus in reliquis, quamquam erant pauci, quo-  
 quo modo sese res habeat, pugnare tamen se uelle  
 clamabant: & quod reliquum uita viriumque fa-  
 mes fecerat, id ferro potissimum reddere uole-  
 bant. Quod si Cleomenes non tanto antefugisset,  
 aliqua tamen ad resistendum ratio fuisset, erat e-  
 88 nim sola illa nauis constitata, & ita magna, ut pro-  
 pugnaculo ceteris posset esse. quae si in praeconū pu-  
 gna

LIBE

per se arerit, vbi en-  
 que in poponones uide-  
 ius iam tener e in per-  
 capes relitū a dace per-  
 onnes. ita a ceteri nauis  
 praeconū fugiebant  
 rena, sequentiū. Tum ve-  
 ca per uia praeconū er-  
 que nauem pot a prae-  
 ma. H. Alentiarum nauis  
 lantonia homo uulgi-  
 dantibus Lectores. post  
 quos: priore a illo tene  
 cognosca. deinde Apoll-  
 praesertim dicitur opo-  
 tur, interea Cleomen-  
 nerat, iam sese in cer-  
 remiq; in sallo fuit  
 praesertim nauem, cum  
 si, cum ipsi neque rep-  
 uio modo possent, opo-  
 nerent per se uita vir-  
 uales, repente, praet-  
 tum dicitur ita nequar-  
 nam Pop. Ro. in lita-  
 remum ad uer spe-  
 uia. \* O tempus mi-  
 deica. O casum uile-  
 uium, atque suae  
 uia singulari rem, vi-

## LIBER VII.

gna versaretur, vrbis instar habere inter illos pirata  
 tuos myoparones videretur, eundem necessario  
 cursum tenere ceperunt. \* Pelorum versus, sed tunc  
 inopes relicti à duce perfectiorum classis, vt ipse Cleo-  
 omenes, ita ceteri nauigabant: neque ita tamen tã  
 pradonum fugiebant impetum, quam Imperato-  
 rem, sequebatur. Tum vt quisq; in fuga postremus,  
 ita periculo princeps erat: postremam enim quam-  
 que nauem pirata primam adoriebantur: ita pri-  
 ma Haluntinorum nauis capitur, cui praeerat Ha-  
 luntinus homo nobilis Pilarchus, quem ab illis pra-  
 donibus Locrenses postea publice redemerunt, ex  
 quovos priore actione iurato rem omnem, causamq;  
 cognostis. deinde Apolloniensis nauis capitur, & eius  
 praefectus Antropinus occiditur. \* Hac dum agun-  
 tur, interea Cleomenes iam ad Pelori litus perue-  
 nerat, iam sese in terram è nauis iecerat, quadri-  
 rememq; in sallo fluctuantem reliquerat. reliqui  
 praefecti nauium, cum in terram Imperator exis-  
 set, cum ipsi neque repugnare, neque mari effugere  
 villo modo possent, appulsis ad Pelorū nauibus Cleo-  
 menem persecuti sunt. Tunc pradonum dux Ho-  
 racleo, repente, praeter spem, non sua virtute, sed i-  
 stius auaritia nequitiaq; victor, classem pulcherrimam  
 Pop. Ro. in litus expulsam & eiectam, cum  
 primum advesperaceret, inflammari incendiq;  
 iussit. \* O tempus miserum, atq; acerbū prouincia  
 Sicilia. O casum illum multis innocētibus calami-  
 tosum, atque funestum. O istius nequitia ac turpi-  
 tudinē singularem. vna atq; eadem nox erat, qua  
 Prator

IN VERREM

Prætor amoris turpissimi, flamma, ac classis Po. Ro. prædonum incendio conflagrabat. Afferitur nocte in tempesta gravis huiusce mali nuncius Syracusæ: curritur ad Prætorium, quo istum è conuiuio illo præclaro reduxerant paulo ante mulieres cum cantu, atque symphonia. Cleomenes, quanquam nox erat, tamen in publico esse non audet: includit se domi: neque aderrat vxor, qua consolari hominem in malis posset.\*

92 Huius autem præclari Imperatoris ita erat seuera domi disciplina, ut in re tanta, in tam graui nuncio nemo admitteretur: nemo esset, qui auderet, aut dormientem excitare, aut interpellare vigilantem. Iam vero, re ab omnibus cognita, concursabat vrbe tota maxima multitudo, non enim, sicut antea consuetudo erat, prædonum aduentum significabat ignis è specula sublatum, aut tumultum: sed flamma ex ipso incendio nauium & calamitatem acceptam, & periculum reliquum nunciabat. Cum Prætor quæreretur, & constaret ei neminem nunciassè: fit ad domum eius cum clamore concursus atque impetus.\* Tum iste excitatus exit, audit rem omnem ex Timarchide, sagum sumit. lucebat iam fere, procedit in medium, vini, somni, stupri, plenus. Excipitur ab omnibus eiusmodi clamore, ut ei Lampasæni periculi similitudo versaretur ante oculos: hoc etiam maius hoc videbatur, in odio simili multitudo hominum hæc erat maxima. tum istius acta commemorabantur, tum flagitiosa illa conuiuia: tum appellabantur à multitudine mulieres nominatim: tum quærebatur ex ipso palam, tot

93

die

## LIBER VII.

dies continuos per quos nunquam visus esset, ubi sit-  
 isser: quid egisset: tum Imperator ab isto prepositus  
 Cleomenes flagitabatur: neque quicquam propius est  
 factum, quam ut illud Vticense exemplum de Adria-  
 no transferretur. Syracusas, ut duo sepulchra duorum  
 Prætorum improborū, duabusq; in prouincijs consti-  
 tuerentur. Verū habita est à multitudine ratio tem-  
 poris, habita est tumultus, habita etiam dignitatis,  
 existimationisq; cōmunis: quod is conuentus Syracu-  
 sis cuium Romanorum, ut non modo illa prouincia,  
 verū etiam hac Rep. dignissimus existimetur. \* Con-  
 firmant ipsi se, cum is etiā tum semisomnis stuperet.  
 arma capiunt, totum forū atque insulam, que est vr-  
 bis magna pars, complent. Vnā illam solam noctem  
 predones ad Pelorum commorati, cum fumantes et-  
 iam nostras naues reliquisset, accedere incipiunt ad  
 Syracusas qui videlicet sæpe audissent, nihil esse pul-  
 chrius, quam Syrracusarum mœnia ac portus: statue-  
 rant, sese, si ea Verre Prætoze non vidissent, nun-  
 quam esse visuros. \* Et primo ad illa æstiuæ Præto-  
 ris accedunt, ipsam illam ad partem litoris, ubi iste  
 per eos dies tabernaculis positis castra luxurie collo-  
 carat, quem posteaquam inanem locum offende-  
 runt, & Prætozem commouisse ex eo loco castra  
 senserunt, statim sine vllō metu in portum ipsum pe-  
 netrare cœperunt. Cum in portum dico, Iudices (ex-  
 plauandum est enim diligentius eorum caussa, quæ  
 locum ignorant) in vrbem dico, atque in vrbis inti-  
 mam partem venisse piratas. non enim portu illud  
 oppidum

94

95

IN VERREM.

Oppidum clauditur, sed vrbe portus ipse cingitur  
 & concluditur: non vr alluantur à mari mœnia ex-  
 96 tremâ, sed insuat in vrbs sinû portus. \* Hic te Prae-  
 tore Heracleo Archipira a cum quatuor myoparo-  
 nibus paruis ad arbitrium suum nauigauit. Pro dÿ  
 immortales. piraticus myoparo, cum imperium po-  
 puli Romani, nomen, ac fasces essent Syracusis, vsq;  
 ad forû, & ad omnes vrbs crepidines accessit: quò  
 neque Carthaginensium gloriosissima classes, cum  
 mari plurimum poterant, multis bellis sæpè conata,  
 vnquam aspirare potuerunt: neque Populi Romani  
 inuicta antè te Prætores gloria illa naualis vn-  
 quam tot Punicis, Siciliensibusque bellu penetrare  
 potuit: qui locus eiusmodi est, vt antè Syracusanû  
 in mœnibus suis, in vrbe, in foro hostem armatû ac  
 97 victorem, quam in portu vllam hostium nauem vi-  
 derent. \* hic te Prætores prædonum nauicula per-  
 usgate sunt, quò Atheniensium classis sola post  
 hominum memoriam CCC. nauibus vi, ac multitu-  
 dine inuasit: que in eo ipso portu, loci ipsius por-  
 tusque natura victa, atque superata est. hic pri-  
 mum opes ipsius ciuitatis victa, comminuta, de-  
 pressa, sunt: in hoc portu Atheniensium nobilita-  
 tis imperij, gloria naufragium factum existima-  
 tur: eone pirata penetravit? quò simul atq; adisset,  
 non modo à latere, sed etiam à tergo magnam par-  
 tem vrbs relinqueret. Insulam totam præterue-  
 ctus est: que est vrbs magna pars Syracusis suo ne-  
 mine ac mœnibus quo in loco, maiores (vt antè di-  
 xi) Syracusanum quenquam habitare vetuerunt:  
 quidd

LIBE

lib qui illam partem  
 itatem portum facerent  
 condicem est penitus  
 que in nostris nauibus  
 et sine imperio et  
 et cognoscere: Sualoni  
 ne spuarum patris tunc  
 abant vt Pop. Rom. tot  
 sine deus in ipsa Ceteri  
 mœnia esse dicitur, et  
 oram lateros omnes fr  
 et Prætores Sicili milite  
 bus Sicili. Sremeno  
 vreram atque accer  
 is. Ro. nonum: hominu  
 lino. pirata myopar  
 e Pe. Rom. triumphu  
 nepulens: quæri somig  
 ngerent. Polica quam  
 in affecti, sed factu  
 uerere homines causi  
 reuertes, & palam  
 na. si militibus remig  
 et fame perlitu  
 in portu ante, et at  
 copia. \* hoc autem  
 stantabat: eorum  
 illis nauibus: pe  
 uero reliquis Syrac

quod qui illam partem vr̄bis tenuerint, in eorum potestatem portum futurum intelligebant. \* At quemadmodum est peruagatus? radices palmarum agrestium quas in nostris nauibus inuenerant, iacebant, vt omnes istius improbitatem & calamitatem Sicilia possent cognoscere: Siculosne milites? aratorumne liberos? quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, vt Pop. Rom. totique Italia suppeditare possent: eosne in insula Cereris natos, vbi primum fruges inuenta esse dicuntur, eo cibo esse vsos, à quo maiores eorum ceteros quoque frugibus inuentis remouerunt? Te Pratore Siculi milites palmarum stipitibus, predones Siculo frumento alebantur. \* O spectaculum miserum atque acerbum, ludibrio esse vr̄bis gloriam, Teo. Ro. nomen; hominum conuentu, atque multitudine, piratico myoparone, in portu Syracusano de classe Po. Rom. triumphum agere piratam, cum Pratoris nequissimi inertissimiq; oculos pradonum remi respergerent. Posteaquam è portu pirata non metu aliquo affecti, sed satietate exierant, tum ceperunt querere homines causam illius tanta calamitatis: dicere omnes, & palam disputare, minimè esse mirandum, si militibus remigibusque dimissis, reliquis, egestate & fame perditis, Pratore tot dies cum mulierculis perpotante, tanta ignominia & calamitas esset accepta. \* hæc autem istius vituperatio, atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui à suis ciuitatibus illis nauibus prepositi fuerant: qui ex illo numero reliqui Syracusas classe amissa resugerant.



IN VERREM

dicebant, quos ex sua quisque naui missos scires esse. res erat clara; neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. homo certior fit agi nihil in foro, & conuentu tota die, nisi hoc quari à Nauarchis, quemadmodum classis sit amissa. illos respondere, & docere vnumquemque missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore & fuga. Quod postea quã iste cognouit, hanc rationem habere cepit. causam sibi dicendam esse statuerat iam antè, quàm hoc vsu veniret: ita vt ipsum priore actione dicere audistis. Videbat illis Nauarchis testibus, tantum hoc crimen sustinere se nullo modo posse: consilium capit primo stultum, veruntamen clemens. \* Cleomenem & Nauarchos ad se vocari iubet. veniunt. accusat eos, quod huiusmodi de se sermones habuerint: rogat, vt id facere desistant, & in sua quisque naui dicat se tantum habuisse nautarum, quantum oportuerit, neque quenquã esse dimissum: Illi enim uero se ostendunt, quod vellet, esse facturos. Iste non procrastinat, aduocat amicos statim: querit ex his sigillatim, quos quisque nautas habuerit. respondit vnusquisque vt erat preceptum. Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorum prouidens homo: vt contra hoc crimen, si quando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. \* Derisum credo esse hominem amentem à suis consiliarijs: & admonitum, hasce ei tabellas nihil profuturas: etiam plus ex nimia Prætoris diligentia suspitionis in eo crimine futurum. Iam iste erat hac stultitia multis in rebus vsus, vt publicè quoq; que vellet, in ciuita-

LIBE  
 itatum lateris & tolli  
 uenit nullum sibi mi  
 lateris, tegibus, aut  
 rida: sicuti consilium  
 le sibi nullo animo  
 proprii Prætoris nam  
 inportem atque am  
 mos extenuari vellet  
 betrator) Nauarchi  
 esse primas. \* Occur  
 vt iustepetione anim  
 dentis esse in se m  
 istateneque permissi  
 qui Cleomenem se  
 fecam fugere, & se  
 uehementi qui naves  
 etiam aperat: in en  
 ut consiliatim nauem  
 nat Cleomenes vna  
 dextra, se complecti  
 libus militie in illo  
 modo parerat, quon  
 vni vocat dicit ei se  
 Nauarchos ita sibi  
 lere tibi vni parati  
 temperat conuenique  
 quam aut in te sibi  
 vni: piositatis que  
 in, opprobriat consi

uitatum litteris & tolli & referri iuberet, qua omnia  
 nunc intelligit sibi nihil prodesse, posteaquam certis  
 litteris, testibus, autoritatibusq; conuincitur. vbi hoc  
 videt, illorū confessionem, testificationem suam, tabel-  
 las sibi nullo aduimento futuras: inir consilium, non  
 improbi Praetoris (nam id quidem esset ferendum) sed  
 importuni atque amentis tyranni. statuit, si hoc cri-  
 men extenuare vellet (nam omnino tolli posse non ar-  
 bitrabatur) Nauarchos omnes testes sui sceleris vita  
 esse priuandos.\* Occurrebat illa ratio: Quid Cleome-  
 ni fiet: poterōne animaduertere in eos, quos dicto  
 103  
 audientis esse iussu: missum facere eum, cui imperium po-  
 testatemque permisi? poterōne eos afficere supplicio,  
 qui Cleomenem secuti sunt? ignoscere Cleomeni, qui  
 secum fugere, & se consequi iussit: poterōne in eos esse  
 vehemens, qui naues inanes non modo habuerunt, sed  
 etiam apertas? in eum dissolutus, qui solus habue-  
 rit constratam nauem, & minus exinanitas? Pe-  
 reat Cleomenes vna. vbi fides? vbi execrationes? vbi  
 dextra, complexusque? vbi illud contubernium mu-  
 liebris militia in illo delicatissimo litore? fieri nullo  
 modo poterat, quin Cleomeni parceretur.\* Cleome-  
 nem vocat, dicit ei se statuisse animaduertere in omnes  
 104  
 Nauarchos, ita sui periculi rationes ferre ac postu-  
 lare tibi vni parcam, & totius istius culpe crimen,  
 vituperationemque inconstantia potius suscipiam,  
 quam aut in te sim crudelis, aut tot, tam graues testes  
 vnos incolumesque esse patiar. agit gratias Cleome-  
 nes, approbat consilium, dicit ita fieri oportere. ad-

IN VERREM.

monet tamen illud, quod istum fugerat, in Phalar-  
gum Centuripinum Nauarchum non posse animad-  
uertere, propterea, quod secum fuisset vna in Centuri-  
pina quadremi, Quid ergo? iste homo ex eiusmodi  
ciuitate, adolescens nobilissimus, testis relinqueretur: in  
105 presentia, inquit Cleomenes, quoniam ita necesse est:  
sed post aliquid videbimus: ne iste nobis obstare  
possit.\* Hoc posteaquam acta & constituta sunt, pro-  
cedit iste repente e Pratorio inflammatus scelere, fu-  
rore, crudelitate, in forum venit. Nauarchos vocari  
iubet, qui nihil suspicarentur, statim accurrunt. Iste  
hominibus miseris innocentibusque iniici catenas  
imperat, implorare illi fidem Populi Rom. & quare  
id faceret, rogare, tunc iste hoc causse dicit, quod clas-  
sem praedonibus prodidissent. Fit clamor & admi-  
ratiō populi, tantā esse in homine impudentiam atque  
audaciam, vt aut alijs causam calamitatis attri-  
bueret, quae omnis propter auaritiā ipsius accidisset:  
aut cum ipse praedonum socius putaretur, alijs prodi-  
tionis crimen inferret. deinde hoc quinto deci-  
106 mo die crimē esse natum, postquam classis esset amis-  
sa.\* Cum haec fierent quarebatur vbi esset Cleomenes,  
non quo illum ipsum, cuiusmodi esset, quisquam sup-  
plicio propter illud incommodum dignum putaret.  
nam quid Cleomenes facere potuit (non enim possum  
quenquam insimulare falso) quid, inquam, magnopere  
potuit Cleomenes facere, istius auaritiā nauibus exi-  
nauitatis atque, eū vident sedere ad latus Pratoris, &  
ad aurem

## LIBER VII.

ad autem familiariter, ut solitus erat, in susurrare: tum verè omnibus indignissimum visum est homines honestissimos, electos ex suis civitatibus in ferrum atque in vincula coniectos: Cleomenem propter flagitiorum, ac turpitudinis societatem familiarissimum esse Pratoris. \* apponitur his ta- 107  
 men accusator Navius Turpio quidam, qui C. Sacerdote Pratore iniuriarum damnatus est, homo bene appositus ad istius audaciam: quem iste in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia, præcursores habere solebat & emissarium. Veniunt Syracusas parentes propinquis, miserorum adolescentium hoc repentino calamitatis suæ commoti nuncio: vincos afficiunt catenis liberos suos, cum istius auaritia pœnam collo, & cervicibus suis sustinerent: adsunt, defendunt, proclamant fidem tuam, quæ nusquam erat, nec unquam fuit, implorant. Pater aderat Dexio Tyndaritanus homo nobilissimus, hospes tuus cuius tu domi fueras, quem hospitalem appellaras. eum cum illa auctoritate, & miseria videres præditum, non te eius lachryma, non senectus, non hospitij ius, atque nomen à scelere aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? \* Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? qui Sthenium Termitanum hospitem suum, cuius domum per hospitium exhausit, & exinanivit, absentem in reos retulerit, causa indicta capite damnavit: ab eo nunc hospitiorum iura, atq; officia queramus? cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera atque

IN VERREM

immani bellua? te patris lachryma de inno-  
 centis filij periculo non monebant? cum patrem  
 domi reliquisses, filium tecum haberes: te neque præ-  
 sens filius de liberorum charitate, neque absens pater  
 109 de indulgentia patria commonebat. \* Catenas habe-  
 bat hospes tuus Aristeus, Dexionis filius. Quid ita?  
 prodiderat classem, quod ob præmium? deseruerat  
 exercitū. Quid Cleomenes: ignavus fuerat, at eum tu  
 ob virtutem, corona aurea donaras, dimiserat nau-  
 ras. at ab omnibus tu mercedem missionis accepe-  
 ras. Alter parens ex altera parte erat Herbitensis  
 Eubulida, homo domi sua clarus & nobilis: qui  
 quia Cleomenem in defendendo filio laeserat, nudus  
 penè est destitutus. Quid erat autem, quod quis-  
 quam diceret, aut defenderet? Cleomenem nomi-  
 nare non licet, at causa cogit, moriere si appellaris:  
 nunquā enim iste est cuiquam mediocriter mimatus.  
 At remiges non erant. Prætozem, tu accusas? frange  
 cervicem. Si neque Prætozem neque Prætoris amu-  
 lum appellare licebit: cum in his duobus tota causa  
 110 sit, quid futurum est? \* Dicit etiam causam Hera-  
 clius Segestanus homo domi sue summo loco natus.  
 Audite ut vestra humanitas postulat, Iudices: audie-  
 ris enim de magnis incommodis iniurijsque socio-  
 rum. Hunc scitote fuisse Heraclium in ea causa, qui  
 propter gravem morbum oculorum tum non nauiga-  
 vit, & iussu eius qui potestatem habuit, in com-  
 meatu Syracusis remanserit. Iste certe neque prodidit  
 classem, neque metu perterritus fugit, neque exer-  
 citum

LIB

itom deseruit. et enim  
 cum clasu Syracusis  
 dem causam fuit, quod  
 lere deprehensum, in quo  
 re criminis perat. Fa-  
 sis quida Perium, qui h  
 latina nomina) h  
 non solum post mortem  
 fu in quo hominu: et  
 istam libere laederet,  
 endum videt at sine p  
 rum morte propi  
 ter neque iudique  
 scripsit: quam vni  
 quim legat, quon  
 oratione commone  
 sua nautas acciper  
 scri: que secum ha  
 dicit. qua cum apu  
 bantur alio, morte  
 patiebatur, clame  
 cius esse indignum  
 quid te de Cleome  
 mas matris v alter  
 cum: quod si nec  
 sole iam in appa  
 Verem testes inter  
 gantorem apud  
 in testem, quam

ditum deseruit. etenim tunc esset hoc animaduersum.  
 cum classis Syracusis proficiscebatur. is tamen in ea-  
 dem causa fuit, quasi esset in aliquo manifesto sceler  
 ere deprehensus, in quē ne falso quidē causā confer-  
 re criminis potuit.\* Fuit in illis Nauarchis Heraclē-  
 sis quidā Furius (nā habet illi nonnulla huiusmodi  
 latina nomina) homo quandiu vixit, & domi sua,  
 non solum post mortem tota Sicilia clarus, & nobi-  
 lis. in quo homine tantum animi fuit, non solum ve-  
 ritum liberē lederet (nam id quidem, quoniam mori-  
 endum videbat, sine periculo se facere intelligebat) ve-  
 rum morte proposita cum lachrymans in carcere ma-  
 ter noctes diesque asideret defensionem causae sua  
 scripsit: quam nunc nemo est in Sicilia, quin habeat,  
 quin legat, quin tui sceleris & crudelitatis ex illa  
 oratione commonescat. In qua docet, quot à ciuitate  
 sua nauitas acceperit: quot, & quanti quēque dimi-  
 serit: quot secum habuerit. item de ceteris nauibus  
 dicit. quae cum apud te diceret, virgis oculi verbera-  
 bantur. illo, morte proposita, facile dolorem corporis  
 patiebatur, clamabat, ut quod scriptum reliquit: fa-  
 cinus esse indignum, plus impudicissima mulieris a-  
 pud te de Cleomenis salute, quam de sua vita lachry-  
 mas matris valere.\* demde etiam illud video esse di-  
 ctum: quod, si rectē vos populus Rō. cognouit, non fal-  
 so ille iam in ipsa morte de vobis predicauit: non posse  
 Verrem testes interficiendo, crimina sua extinguere:  
 grauiorem apud sapientes iudices se fore ab infe-  
 ris restem, quam, si viuus in iudicium producere-  
 tur

IN VERREM.

tur. tum auaritia solum, si viueret: nunc cum ita  
 esset necatus, sceleris audacia, crudelitas ista esse so-  
 re. Iam illa praclarior: non testium modo cateruas, cum  
 tua res ageretur, sed tu a dijs Manibus innocentium  
 penas, sceleratorumque furias in tuum iudicium esse  
 venturas sese ideo leuiorem casum suum fingere,  
 quod iam ante aciem securium tuarum, Sextus, tui  
 carnificis vultum & manum vidisset, cum in con-  
 113 uentu civium Ro. iussu tuo securi ciues Ro. ferrentur.  
 Ne multa, Iudices, libertatem quam vos socijs dedi-  
 stis; hac ille in acerbissimo supplicio miserrima ser-  
 uitutis abusus est. Condenat omnes de consilij senten-  
 tia, tamen neque iste in tantare, tot hominum, tot-  
 que civium causa, P. Vectium ad se accersit. Qua-  
 storem suum, cuius consilio uteretur: neque P. Ceruium  
 talem virum Legatum, qui quia Legatus isto Prae-  
 tore in Sicilia fuit, primus ab isto iudex reiectus  
 est: sed de latronum, hoc est de comitum suorum sen-  
 114 tentia condemnat omnes. \* Hic cuncti Siculi fide-  
 lissimi atque antiquissimi socij, plurimis aff: ubi bene-  
 ficij a maioribus nostris, grauiter commouetur, &  
 de suis periculis fortunisque omnibus pertimescunt.  
 Illam clementiam mansuetudinemque nostri imperij in-  
 tantam crudelitatem, inhumanitatemque esse conuersam?  
 115 condennari tot homines vno tempore nullo crimine?  
 defensionem suorum furtorum Praetorem improbum  
 ex indignissima morte innocentium querere? Nihil  
 addi iam videtur, Iudices, ad hanc improbitatem, a-  
 mentiam, crudelitatemque posse. & recte nihil vide-  
 tur: nam si cum aliorum improbitate certet, longe om-  
 nes mil-

multum sperabit.  
 per semper sperum  
 uat. Phalaribus  
 i. Clodius quod in  
 et rectus esset: tamen q  
 us quod canis suam ca  
 mru, qui innocentes per  
 uatitantes, a securi na  
 ne caderet, pomet  
 erre adolescentem au  
 uenit, pecuniam Tima  
 hic in hoc reo crim  
 bus nobilissima cenit  
 us ne condennaret  
 si non vult Pop. Rom  
 lari Verrem, quia po  
 le pratore Sicilia, se  
 iudicium arbitri atq  
 collemat: suppliciu  
 vnde miseru parent  
 v adire ad filios su  
 i regnum, ferre  
 in lemine: mar  
 in carceru, ad extr  
 nil aliud or abate  
 in excepere sibi  
 anglex Pratoris m  
 in Sextus, cui ex  
 uas cupit abate  
 in huius iustore

## LIBER VII

nes multumq; superabit. \* sed secū ipse certat: id 115  
 agit, vt semper superius suum facinus nouo scelere  
 vincat. Phalarchum Centuripinū dixerū exceptum  
 esse à Cleomene quod in eius quadriremit Cleome-  
 nes uectus esset: tamen quia peritimmerat adoles-  
 cens quod eandē suam causam videbat esse, quam  
 illorū, qui innocentes peribant, ad hominē accedit,  
 Timarchides, à securi negat esse ei periculum: vir-  
 gis ne caderetur, monet vt caueat. Ne multa, ipsū  
 dicere adolescentem audisti, sed ob hunc virgarū  
 metū, pecuniam Timarchidi numerasse. \* Leuia 116  
 sūt hæc in hoc reo crimina, mētū virgarū Nauar-  
 chus nobilissima ciuitatū precio redemit: humanū  
 alius ne condemnaretur, pecuniam dedit: visitatum  
 est non vult Pop. Rom. obsoletis criminibus accu-  
 sari Verrem, non a postular, inaudit a desiderat: nō  
 de Pratore Sicilia, sed de crudeliss. mo tyranno sie-  
 ri iudicium arbitratur. Includuntur in carcerem  
 condemnati: supplicium constituitur in illos: sumi-  
 tur de miseris parentibus Nauarchorū, prohiben-  
 tur adire ad filios suos, prohibentur liberis suis ci-  
 bū vestitumq; ferre \* patres hi, quos videtis, iace- 117  
 bāt in limine: matresq; misera pernoctabant ad o-  
 fisti carceris, ab extremo cōplexu liberū exolasa, q̄  
 nihil aliud orabant, nisi vt filiorū extremū spiri-  
 tum excipere sibi liceret. Aderat ianitor carceris,  
 carnifex Pratoris, mors terrorq; sciorū & ciuium  
 iudex Sextius, cui ex omni gemitu doloreq; certa  
 merces cōparabatur, vt adeas, tantum dabis: vt ci-  
 bum tibi introferre liceat, tantum nemo recusa-  
 bat.



IN VERREM.

bat. Quid ut vno ictu securis afferam mortem filio tuo, quid dabis? ne diu crucietur? ne saepius feriat? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur? Etenim ob hanc causam pecunia licitori datur. \* O magnum atque intolerandum dolorem, & grauem acerbamq; fortunam, non vitam liberam, sed mortis celeritatem precio redimere cogebantur parentes. atque ipsi etiam adolescentes cum Sextio de eadem plaga, & de vno illo ictu loquebantur: idq; postremum parentes suos liberi orabant, ut leuandi cruciatu sui causa licitori pecunia daretur. Multi & graues dolores inuenti parentibus & propinquis: multi. Veruntamen mors sic extrema non erit, estne aliquid ultra, quo progredi crudelitas possit: reperietur. Nam illorum liberi cum erant securi percussi ac necati, corpora feris obiciuntur. hoc si luctuosum est parenti, redimat precio sepeliendi potestatem. \* Onasum Segestanium hominem nobilem dicere audistis, se ob sepulturam Heraclij Nauarchi pecuniam Timarchidi dinumerasse: hoc ne possis dicere: patres enim veniunt amissis filiis irati. vir primarius, homo nobilissimus dicit: neq; de filio dicit. Iam hoc quis tum fuit Syracusis, qui non audiverit? quin sciat: has per Timarchidem pactiones sepulturae cum visis etiam illis esse factas: non palam cum Timarchide loquebantur? non omnes hominum propinqui adhibebantur? non palam viuorum funera locabantur? Quibus rebus omnibus actis atque decessis producantur in carcere, & deligantur ad palum.

118

119

120

\* Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus? quis

1418

ERREM.

LIBER VIII

tam inhumanius, præter unum te, qui non illorum e-  
 itate, nobilitate, miseria commoueretur: & equis fuit,  
 quin lachrymaretur: quin ita calamitatem putaret  
 illorum, ut fortunam tamen non alienam, periculum  
 autem commune agi arbitraretur. Feriuntur securi,  
 lataris tu in omnium gemitu, & triumphas: testes a-  
 uaritia tua gaudes esse sublato. Errabas, Verres, &  
 vehementer errabas, cum te maculas furtorum, &  
 flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine  
 eluere arbitrare: præceptis amentia ferebare, qui te  
 existimares auaritia vulnera crudelitatis remedijs  
 posse sanare. Etenim quanquam illi sunt mortui sce-  
 leris tui testes, tamen eorum propinqui, neq; tibi, neq;  
 illis desunt: tamen ex illo ipso numero Nauarchorum  
 aliqui viuunt, & adsunt, quos ut mihi videretur, ab il-  
 lorum innocentium poena fortuna ad hanc causam re-  
 seruauit. \* Adest Philarchus Haluntinus: qui quia cū  
 Cleomene non fugit, oppressus à prædonibus & captus  
 est: cui calamitas soluti fuit: qui nisi captus à piratis  
 esset, in hunc prædonem sociorum incidisset. dicit is pro  
 testimonio de missione nauarum, de fame, de Cleo-  
 menis fuga. Adest Centuripinus Phalargus, in amplis-  
 sima ciuitate, amplissimo loco natus. eadē dicit, nulla  
 in re discrepat: \* Per deos immortales, Iudices, quo tã-  
 dem animo feretis? aut hæc quemadmodum auditis?  
 Virum ego desipio & plusquã satis opus est, doleo in  
 tanta calamitate miseriãq; sociorum: an vos quoque  
 hic acerbissimus innocentium cruciatus, & moeror pari  
 sensu doloris afficit? Ego enim Herbitensem, cū He-  
 ractien-

122

122

IN VERREM

raeliensem securi esse percussū dico, versatur mihi  
 ante oculos indignitas calamitatis. eorumne popu-  
 lorum ciues, eorumne agrorum colonos, ex quibus  
 maxima vis frumenti quotannis plebi Rom. illorū  
 operis ac laboribus queritur: qui à parentibus spe  
 nostri imperij nostriq; aequitatis suscepti educatiq;  
 sunt: ad C. Verri nefariam immanitatem, & ad  
 123 eius securem funestam esse seruatos? \* Cum mihi  
 Tyndaritanus illius venit in mentem, cum Segesta-  
 ni, tum iura simul ciuitatū atq; officia considero.  
 quas vrbes P. Africanus etiam ornandas esse spolijs  
 hostium arbitratus est, eas C. Verres nō solum illis  
 ornamentis, sed etiā viris nobilissimis nefario sce-  
 lere priuauit, en q; Tyndaritanus libenter pradicet,  
 nos in septendecim populis Sicilia numeramus: nos  
 121 Pop. Ro. semper & belli adiumenta, & pacis orna-  
 menta administrata sunt. Multum verò hac his  
 124 iura profuerūt in istius imperio ac potestate. \* Ve-  
 stros quondam nauas contra Carthaginē Scipio  
 duxit. at nunc naues contra pradones penē inanes  
 Cleomenes ducit. Vobiscum Africanus hostium  
 spolia, & premia laudis communicauit. at nunc  
 122 per me spoliati, nauē à pradonibus abducta, ipsi in  
 hostium numero, locoq; ducemini, Quid vero? illa  
 Segestanorum nō solum literis tradita, neq; cōme-  
 morata verbis, sed multis officijs illorū vsurpata &  
 cōprobat cognatio, quos tandem fructus huiusce  
 necessitudinis in istius imperio tulit? nempe hoc fuit  
 iure,

LIBER

## LIBER VII.

iure, indices: ut ex sinu patris nobilissimus adole-  
 scens. & è complexu matris ereptus innocens fi-  
 lius istius carnifici Sextio dederetur. Cui civitati  
 maiores nostri maximos agros atq; optimos con-  
 cesserunt: quam immunem esse voluerunt: hac tan-  
 tam apud te cognationis fidelitatis, vetustatis, au-  
 thoritatis, ne hoc quidem iuris obtinuit, ut vnus ho-  
 nestissimi atque innocentissimi civis mortem &  
 sanguine deprecaretur. \* Quo cōsugiet socij? quem <sup>125</sup>  
 implorabunt? qua spe demiq; ut viuere velint tene-  
 buntur, si vos eos deseritis? ad senatum deuenient,  
 qui de Verre supplicium sumat? non est vsitatum,  
 non senatorium. ad Po. Rom. confugiunt? facilis est  
 causa Populi: legē enim se sociorū causa inisse, &  
 vos ei legi custodes ac vindices proposuisse dicit.  
 Hic locus est igitur vnus, quod perfugiant: hic portus,  
 hac arx, hac ara sociorum: quo quidem nunc non  
 ita confugiunt, ut antea in suis repetendis rebus  
 solebant. non argentum, non aurum, non vestem,  
 non mancipia repetunt: nō ornamenta, qua ex vr-  
 bibus fanisq; erepta sunt: metuunt homines im-  
 periti, ne iam hac Pop. Rom. concedat, & ita fieri  
 velit. patimur enim iam multos & silemus, cum  
 videamus ad paucos homines oēs omnium nationū  
 pecunias peruenisse, quod id magis ferre a quo ani-  
 mo atque concedere videmur. quia nemo istorum  
 dissimulat, nemo laborat, ut obscura sua cupiditas  
 esse videatur. \* In vrbe nostra pulcherrima <sup>126</sup>  
 atque ornatissima quod signum? quae tabula pi-  
 sta est? quae non ab hostibus victis capta atque ap-  
 portata

## IN VERREM

portata sit: at istorum villa sociorum fidelissimorum & plurimis, & pulcherrimis spoliis ornata refertaque sunt. ubi pecunias exterarum nationum esse arbitrari: quibus nunc omnes egent: cum Athenas, Pergamum, Cyzicum, Miletum, Chion, Samon, totam denique Asiam, Achaiam, Graciam, Siciliam iam in paucis villis inclusas esse videatis. Sed hec, vt dico, omnia iam socij restri relinquunt, & negligunt: Iudices: ne publice à Populo Romano spoliarentur, officijs ac fide prouiderunt, paucorum cupiditati, tum cum abistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant. Nunc verò iam adempta est non modo resistendi, verum etiam suppeditandi facultas. Itaque res suas negligunt: pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repetunt: relinquunt & negligunt. \* hoc iam ornatu ad vos confugiunt. aspiciunt, Iudices, squalorem, sordesque sociorum. est Sthenius hic Termitanus cum hoc capillo atque veste: domo sua tota expilata, mentionem tuorum furtorum non facit: sese ipsum abs te repetit, nihil amplius totum enim tua libidine & scelere ex sua patria, in qua multis virtutibus & beneficijs floruit princeps, sustulisti. Dextio hic quem videtis, non qua publice Tyndari, non qua priuatim sibi eripuisti, sed vnicum miser abs te filium optimum atque innocentissimū flagitat. non ex litibus assumatis tuis pecuniam, domum, sed ex tua calamitate cineri atque ossibus filij sui solatium vult aliquod reportare. Hic iam grandis natu Eubulida hoc tantum exacta etate laboris, itinerisque suscepit: non vt aliquid ex huius bonis videret.

127

et videret, sed vt q  
 his suis viderat, nō  
 or Lametellum licet  
 reseres, seroresque ven  
 el Hetruriam nō  
 tronis enes ciuitate,  
 nam venit: & ita m  
 suam carnificem nom  
 nibi ad pedes miser  
 ens ab inferis possim  
 ciuitatis eius grandis  
 tri miserorum: quorū  
 indistram meam, q  
 requiret. \* Itaq  
 hanc querentiam am  
 hoc non gloria mē  
 ne carere, ne carere  
 tu sociorum, ne Lan  
 te angustiam corporis  
 ac propinquitatem m  
 esse. Hanc ego si mē  
 fram fidem, & Caut  
 mea, satis illorum v  
 sciam esse arbitri  
 moueris, qui  
 que defendat illa cō  
 tunc praefermat  
 calamitate criminam  
 ni, cum multis pri

nis vsurparet, sed vt quibus oculis cruentas ceruices  
 filii sui viderat, h̄s̄dem te condemnatū videret. \* Si  
 per L. metellum licitum esset, Iudices, matres illorū, 128  
 vxores, sororesque veniebant. quarum vna, cum ego  
 ad Heracliam noctu accederem, cum omnibus ma-  
 tronis eius ciuitatis, & cum multis facibus mihi ob-  
 niam venit: & ita me suam salutem appellans, te  
 suum carnificem nominans, filii nomen implorans,  
 mihi ad pedes misera iacuit: quasi ego excitare filium  
 eius ab inferis possem. faciebant hoc idem in ceteris  
 ciuitatibus grandes natu matres, & item paruuli li-  
 beri miserorum: quorum vtrorumq; exas laborem, &  
 industriam meam, fidem & misericordiam vestram  
 requirebat. \* Itaque ad me, Iudices, prater ceteras 129  
 hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. ego ad  
 hoc non gloria inductus accessi: sed ne falsa damnatio,  
 ne carcer, ne catena, ne verbera, ne secures, ne crucia-  
 tus sociorum, ne sanguis innocentium, ne deniq; etiā  
 ex anguium corpora mortuorū, ne mater parentum  
 ac propinquorum magistratibus nostris quastui posset  
 esse. Hunc ego si metū Sicilia, dānatione istius per ve-  
 stram fidem, & seueritate deiecero, Iudices, satis officio  
 meo, satis illorum voluntati, qui à me hoc petierunt,  
 factum esse arbitror. \* Quapropter si quem forte 130  
 inueneris, qui hoc nauale crimen conetur defendere,  
 ista defendat: illa cōmunia, que ad causam nihil per-  
 tinent, pratermittat: me culpam fortune assignare,  
 calamitatē crimini dare, me amissionem classis obij-  
 cere, cum multi viri fortes in cōmuni incertorū, peri-  
 culo

culo belli, & terra & mari saepe offenderint. Nullū  
 tibi obijcio fortunā: nihil est, quod ceterorū res mi-  
 nus cōmis, e.g. stas proferas: nihil est, quod multo-  
 rum naufragia fortuna colligas. ego naues manes  
 fuisse dico: remiges, nautasq; dimissos: reliquos  
 stirpibus vixisse palmarum: praefuisse classem. R. Si-  
 culū perpetuo, socijs atq; amicis Syracusanum: te  
 illo tēpore ipso, superioribusq; diebus omnib. in lit-  
 tore cum mulierculis perpotasse dico. h. r. ū rerū om-  
 niū aut res testesq; produco. \* Nunt tibi insulti are  
 in calamitate, vnum intercludere per fugiū fortuna-  
 na, nū casus bellicos exprobrare, aut obijcere vide-  
 or: tamen si solent hi fortunā sibi obijci nolle, qui se  
 fortuna cōmiserunt, qui in eius periculis sunt ac  
 varietate versati istius quidē calamitatis tua for-  
 tuna particeps nō fuit. homines enim in prelijs, nō  
 in cōiunjs belli fortunā tētare ac periclitari solēt.  
 In illa autē calamitate non Martem fuisse commu-  
 nem, sed Venere possimus dicere. quid si fortunā  
 obijci tibi nō oportet, cur tu fortuna illorum inno-  
 132 cētium veniam ac locum non dedisti? \* Etiam illud  
 praedites licet, quod supplicium more maiorū sum-  
 pseris, securiq; percusseris, idcirco à me in crimen  
 & inuidiā vocari: non in supplicio crimē meū ver-  
 titur: non ego securi nego quinquam feriri debere:  
 non ego metum ex te militari, non seueritatē im-  
 perij, non penam flagitij rolli dico oportere: fateor  
 non modo in socios, sed etiā in ciues militesq; no-  
 stros per sepe esse seuerē ac vehementer vindica-  
 tum. quare haec quoq; praetermittas licet. Ego cul-  
 pam

## LIBER VII.

pan non in Nauarchis, sed in te fuisse demonstro, precio milites remigesque dimisisse arguo. hoc Nauarchi reliqui dicunt, hoc Netinorum federata ciuitas publicè dicit, hoc Herbitenses, hoc Amestratini, hoc Ennenses, hoc Agyrinenses, Tyndaritari, Locrenses, publicè dicunt: tuus denique testis, tuus Imperator, tuus hospes Cleomenes hoc dicit. sese in terram esse egressam, vt Pachyno, è terrestri presidio milites colligeret, quos in nauibus collocaret. quod certe non fecisset, si suum numerum naues haberent. ea est enim ratio instructarum ornatarumque nauium, vt non modo plures, sed ne singulari quidem possint accedere.\* Dico præterea illos ipsos reliquos nauetas same, atq; inopia rerum omnium confectos fuisse ac perditos. dico aut omnes extra culpã fuisse: aut si vni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse, qui optimã nauẽ, plurimos nauetas haberet, summũ imperium obtineret. aut si omnes in culpa fuerint, nõ oportuisse Cleomenẽ constitui spectatorem illorum mortis, atque cruciatus. dico etiam, in illo supplicio mercedẽ lacrimarum, mercedem vulneris atq; plaga, mercedẽ funeris ac sepulture constitui nefas fuisse.\* Quapropter si mihi respondere voles, hæc dicitõ classẽ instructam atque ornatam fuisse, nullum propugnatorem abfuisse, nullum vacuum transtrum fuisse remigi, vè frumentariam esse suppeditatam, mentiri Nauarchos, mentiri totã graues ciuitates, mentiri etiã Sicilia totã, proditũ esse te à Cleomene, qui se dixerit exisse in terram, vt Pachyno deduceret, milites: animũ

Pp,

illis

133

134



illis, non copias defuisse: Cleomenem acerrime pugnantem ab his relictum esse atque desertum: nummi ob sepulturam datum nemini, quæ si dices, teneberis. <sup>135</sup> *sin alia dices, quæ à me dicta sunt, non refutabis.\* Hic tu etiam dicere audebis, est in Iudicibus ille familiaris meus, est paternus amicus ille? non ut quisquæ maxime est quicum tibi aliquid sit: ita tui huiusmodi criminis maxime eum pudet? Paternus amicus est ipse pater si iudicaret, per deos immortales quid facere posset, cum tibi hæc diceret? tu in provincia Po. Ro. Prætor, cum tibi maritimum bellum esset administrandum, Mamertinis, ex fœdere quam deberent navem, per triennium remisisti: tibi apud eosdem priuatim navis oneraria maxima publicè est edificata: tu à ciuitatibus pecunias clasidis nomine coegisti: tu precio remiges dimisisti: tu cum navis esset à Quæstore, & ab Legato capta prædonum, archipiratam ab omnium oculis remouisti: tu qui ciues Rom. esse dicerentur, qui à multis cognoscerentur, securi ferire potuisti: tu tuam domum piratas abducere, in iudicium archipiratam domo producere ausus es.\* tu in provincia tam splendida, apud socios fidelissimos, ciues Rom. honestissimos, in metu periculoque provincie, dies continuos complures in litore conuiujsque iacuesti: te per eos dies nemini domi tuæ cõuenire, nemo in foro videre potuit: tu sociorum atque amicorum ad ea conuiuia matres familias adhibuisti: tu inter eiusmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum collocauisti: ut atati maxime lubrica atque incerta*  
*exempla*

exempla nequitia pariter  
 presertim cum totum  
 propter atrocem libidine  
 um Legato Pop. Ro. ad  
 tai mulieres in provincia  
 carere: ta licentia ad  
 à prædonibus capta Cr  
 ditur, quem in portum  
 eo te Prætor primum  
 hoc tot tantaque dele  
 ubi non bonum in a  
 sed etiam maxime p  
 plexu arcuorum iur  
 tem cruciatum que  
 stru, atque lachrym  
 mitigant: tibi  
 modo voluisti, se  
 tum patens duceret p  
 tibi ignoscet, postu  
 tu officio ac necessit  
 in nostro ac recepto  
 un iam recepta, sed  
 in anima, sensu que  
 que non ad socios  
 hoc est ad triuiscit  
 tem perimet. In qua  
 quid ar gumentum a  
 hic supplicio criminem  
 dia probanda tota

ERREM

LIBER VII.

*exempla nequitiæ parentis vitæ præberet: tu Prætor in  
 provincia cum tunica pallioque purpureo vsus es: tu  
 propter amorem libidinemque tuam, imperium nau-  
 um Legato Pop. Ro. ademisti, Syracusano tradidisti:  
 tui milites in provincia Siciliæ frugibus, frumentoque  
 caruere: tua luxuria atque auaritia classis populi Ro.  
 à prædonibus captæ & incensa est: post Syracusas con-  
 ditas, quem in portum nunquam hostis accesserat, in  
 eo te Prætor primùm piratæ nauigauerunt, neque  
 hæc tot tantæque dedecora dissimulatione tua, neque  
 obliuione hominum ac taciturnitate regere uoluisti:  
 sed etiam nauium præfectos sine ulla causa de com-  
 plexu parentum suorum hospitumque tuorum ad mor-  
 tem cruciatumque rapuisti: neque in parentum lu-  
 ctu, atque lachrymis, te mei nominis commemoratio  
 mitigauit: tibi hominum innocentium sanguis non  
 modo voluptati, sed etiam questui fuit. Hæc si tibi  
 tuus parens diceret posses ab eo veniam petere: posses ut  
 tibi ignosceret, postulare? Satis est factum Siculis, sa-  
 tis officio ac necessitudine iudices, satis promisso mune-  
 ri nostro ac recepto, reliqua est ea causa, iudices, qua  
 non iam recepta, sed innata: neque delata ad me, sed  
 in anima, sensuque meo penitus affixa atque insita  
 est: qua non ad sociorum salutem, sed ad ciuium Rom.  
 hoc est ad vniuscuiusque nostrum vitam, & sangui-  
 nem pertinet. In qua nolite à me, quasi dubium sit ali-  
 quid argumenta, iudices, expectare. omnia quæ dicam  
 de supplicio ciuium Ro. sic erunt clara & illustrata, ut  
 ad ea probanda totam Siciliam testem adhibere possim.*

137

138

IN VERREM

furorem quidam sceleris & audacia comes istius effrenatum animum, importunamque naturam tanta oppressit amentia, ut nunquam dubitaret in conuentu palam supplicia, quae in conuictos maleficij seruos constituta sunt, ea in ciues Ro. expromere. \* virgis quae multos ceciderit, quid ego commemorem? tantum breuissimè dico, Iudices, nullum fuit omnino isto Praetore in hoc genere discrimen. Itaque iam consuetudine ad corpora ciuium Rom. etiam sine istius nutu ferebatur manus ipsa licitoris. Num potes hoc negare, Verres? in foro Lilybei, maximo conuentu, C. Seruilium ciuem Rom. in conuentu Panormitano veterem negotiatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram virgis & verberibus abiectum? aude hoc primum negare, si potes, nemo Lilybei fuit, quin viderit: nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis confectum dico à licitoribus tuis ciuem Rom. ante oculos tuos concidisse. \* ob quam causam dij immortales? tametsi iniuriam facio communis causae, & iuri ciuitatis: quasi enim posset esse vlla causa, cur hoc cuique ciui Rom. iure accidat: ita quaero, quae in Seruilio causa fuerit. ignoscite in hoc vno, Iudices: in ceteris enim non magnopere causas requiram. Locutus erat liberius de istius improbitate atque nequitia, quod isti simulac renunciatum est, hominem iubet Lilybeum vadimonium Venerio seruo promittere, promittit. Lilybeum venitur, cogere eum coepit, cum ageret nemo, nemo postularet, H. S. duobus millibus sponsonem facere cum licitore suo, nisi furtis quassum faceret. Recuperatores de cohorte sua

LIB

sic dicit daturam. S  
 ar. me iniqui iudici  
 petri in se constituto  
 tar. sex licitores conu  
 seruos verberantibus  
 acerime virgicid  
 iam dixi. Sextum co  
 dere verberantibus  
 oculi sui completiss  
 centi latera tumideren  
 ceret, si ille affectus  
 breui postea est mor  
 & afflicti omnia de  
 in ada Venerio arge  
 fortassis bonumman  
 palitatum suarum  
 Ro. supplicij sigillat  
 vniuersi loquar: Ca  
 rano Dioniso facti  
 tur, istius imperio  
 fuit, ut quique isti  
 in Latomias statim  
 des videri omnibus  
 cum hac testes dicit  
 ti oportere iura  
 vni plebis sunt, v  
 feram in diuortium  
 natio populi Rom.  
 terarum, & genti

sua dicit daturam. Seruilus & recusare, & depre-  
 cari, ne inquis iudicibus nullo aduersario, iudicium ca-  
 pitis in se constitueretur.\* Hæc cum maximè loquere-  
 tur, sex lictores circumstant valentissimi, & ad pul-  
 sandos verberandosq; homines exercitatisimi, cadunt  
 acerrimè virgis: demique proximus licior ( de quo sæpe  
 iam dixi) Sextius conuerso bacillo oculos misero tun-  
 dere vehementi iſſimè cœpit. itaque illi cum sanguis os  
 oculosque compleſſet, cœcidit: cum illi nihilominus ia-  
 centi latera tunderentur: vt aliquando spondere ſe di-  
 ceret, ſic ille affectus illinc tum pro mortuo ſublatus,  
 breui poſtea eſt mortuus. Iſte autem homo Venerius,  
 & affluens omni lepore, & venuſtate de bonis illius  
 in ade Veneris argenteum Cupidinem poſuit. ſic etiam  
 fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cu-  
 piditatum ſuarum.\* Nam quid ego de cæteris ciuium  
 Ro. ſupplicijs ſigillatim potius, quam generatim atque  
 vniuerſe loquar? Carcer ille, qui eſt à crudeliſſimo ty-  
 ranno Dyonifio factus Syracuſis, quæ Latomia vocan-  
 tur, iſtius imperio domicilium ciuium Romanorum  
 fuit. vt quiſque iſtius animum, aut oculos offenderat,  
 in Latomias ſtatim conijciebatur. Indignum hoc vi-  
 deo videri omnibus, Iudices: & id iam priore acſione,  
 cum hæc teſtes dicerent, intellexi. retineri enim putat-  
 is oportere iura libertatis, non modo hic, vbi tri-  
 buni plebis ſunt, vbi cæteri magiſtratus, vbi plenum  
 forum iudiciorum, vbi Senatus autoritas, vbi exiſti-  
 matio populi Romani & frequentia: ſed vbicunq; e-  
 terrarum, & gentium violatum ius ciuium Roma-  
 norum

I N V E R R E M.

143 norum sit, statuit id pertinere ad communē cau-  
 sam libertatis, & dignitatis.\* In externorū homi-  
 num & maleficorum, sceleratorūq; in prædonum  
 hostiumq; custodias tu tantum numerum civiū Ro-  
 manorum includere ausus es? nunquamne tibi iu-  
 dicii, nunquam concionis, nunquam huius tanta  
 frequentia, qua nunc animo te iniquissimo infe-  
 stissimoque intuetur, venit in mentem? nunquam  
 sibi populi Romani absentis dignitas, nunquam spe-  
 cies ipsa huiusmodi multitudinis, in oculis ani-  
 moque versata est? nunquam te in horū conspectū  
 rediturum, nunquam in forum populi Romani vē-  
 turum, nunquam sub legum & iudiciorum potesta-  
 tem casurum esse putasti? At qua erat ista libido  
 crudelitatis exercenda? qua tot scelerum suscipiē-  
 dorum causa? nulla, iudices, præter prædandi novā  
 144 singularemq; rationem.\* Nam ut illi, quos à p. e. is  
 accipimus, sinus quosdam obsedisse maritimos, aut  
 aliqua promōtoria, aut prærupta saxa tenuisse di-  
 cuntur: ut eos, qui essent appulsi nauigijs, interfice-  
 re possent: sic iste in omnia maria infestus ex omni-  
 bus Sicilia partibus imminebat: quacunq; navis ex  
 Asia, qua ex Syria, qua Tyro, qua Alexandria, ve-  
 nerat, statim certis iudicibus & custodibus tene-  
 batur: vectores omnes in Latomias conijcieban-  
 tur: onera atque merces in Sicilia longo intervallo  
 alter, nō Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim il-  
 la quondam insula multos & crudeles tyrannos)  
 sed quoddam novum monstrum, ex veteri illa im-  
 manita-

ERREN.

LIBER VII.

manitate, qua in iisdem locis versata esse dicitur.\*  
 non enim Char ybdin tam infestam, neque Scyllam  
 nauis, quā istum: n eodem fret o fuisse arbor. hoc <sup>145</sup>  
 etiam iste infestior, quod multo se pluri bus & ma-  
 ioribus cambus succinxerat. Cylops alter, multo  
 importunior. hic enim totā insulam obtinebat, ille  
 Aetnam solam, & eam Sicilia partem tenuisse di-  
 citur. At qua causa iū subijcebat ur ab ipso, iudi-  
 ces, huius tā nefaria crudelitate? eadē qua nunc in  
 defensione cōmemorabitur. Quicūque accesserant:  
 ad Sicilia paulo pleniores, eos Sertorianos milites  
 esse, atq; à Drano fugere dicebat. illi ad deprecandū  
 periculum proferebant aliq purpuram Tyriam:  
 thus aliq atq; odores, vestē linteam: gēmas aliq, &  
 margaritas: vina nōnulli Græca, venalesque Asiati-  
 cos: vt intelligeretur ex mercibus, quibus ex locis  
 nauigarent. nō intelligebāt eas ipsas sibi causas esse  
 periculi, quibus argumētis se ad salutem vti arbi-  
 trabantur. iste enim hac eos ex piratarum societate  
 adeptos esse dicebat: ipsos in Latomas abduci  
 imperabat: naues eorum atq; onera diligēter asser-  
 uanda curabat.\* His institutis completus iam mer-  
 catorum carcer esset, tum illa fiebant, quæ L. Sue- <sup>146</sup>  
 tium Equitem Rom. lectissimum virum dicere au-  
 distis: quæ ceteros audietis. ceruices in carcere frā-  
 gebantur indignissimē ciuium Rom. vt etiam illa  
 vox, & illa imploratio, Ciuium Rom. sum: quæ sape  
 multis in vltimis terris opem inter barbaros & sa-  
 lutem tulit, ea mortem illis acerbio rem, & suppli-  
 cium maturius ferret. Quid est, Verres? quid ad

hec cogitas respondere: num mentiri me? num fingere aliquid: num augere crimen? numquid horum dicere istis defensoribus tuis audes? Cedo mihi quaso ex ipsius sui litteras Syracusanorum, quas iste ad arbitrium suum confectas esse arbitratur. cedo rationem carceris, que diligentissime conficitur, quo quisque die datus in custodiam, quo mortuus, quo necatus sit.

- 147 LITERAE SYRACUSANORVM, \* Videtis ciues Romanos gregatim coniectos in latomias: videtis indignissimo in loco coaceruatam multitudinē vestrorum ciuium. querite nunc vestigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant, nulla sunt. omnesne mortui: si ita, posset defendere, tamen fides huic defensionī non haberetur. sed scriptum extat in istis litteris, quod iste homo barbarus, ac dissolutus neque attendere vnquam, neque intelligere potuit. *Ed. v. f. Dora*, inquit, hoc est, vt Siculi loquuntur, supplicio affecti ac necati sunt. \* Si quis Rex, si qua ciuitas exterarum gentium, si qua natio fecisset aliquid in ciuem Rom. eiusmodi, nonne publicē vindicaremus? non bello persequeremur? possemus hanc iniuriam ignominiamque nominis Romani inultam impunitamque dimittere: quot bella maiores nostros & quanta suscepisse arbitramini, quod ciues Rom. iniuria affecti, quod nauicularij retenti, quod mercatores spoliati dicerentur? at ego retentos non queror: spoliatos ferendum puto: nauibus, mancipijs, mercibus ademptis in vincula coniectos esse mercatores, & in vinculis ciuis Ro. necatos esse arguo. \* Si hoc apud

Scythas

ERREM

LIBER VII.

Scythas dicerem, non hic in tanta multitudine ciuium Ro. non apud Senatores leuissimos ciuitatis, non in foro populi Ro. de tot & tam acerbis supplicijs ciuium Romanorum: tamen animos etiam barbaorum hominum permouerem. tanta enim huius imperij amplitudo, tanta nominis Romae dignitas est apud omnes nationes, ut ista in nostros homines crudelitas nemini concessa esse videatur. Num ego tibi vllam salutem, vllum perfugium putem, cum te implicatum seueritate iudicum, circumiretium frequentia Populi Romani esse videam? \* Si me hercules (id quod 150 fieri intelligo non posse) ex his laqueis te excueris, ac te aliqua vi ac ratione explicaris, in illas tibi maiores plagas in idendum est, in quibus te ab eodem me superiore ex loco confici & concidi necesse est. Cui si etiam id quod defendit, velim concedere: tamen illa ipsa defensio non minus esse ei perniciofa, quam mea vera accusatio debeat. Quid enim defen. lit: ex Hispania fugientes se excepisse, & supplicio affecisse dicit. Quis tibi id permisit? quod id iure fecisti? quis idem fecit? qui tibi id facere licuit? \* forum plenum, & basilicas 151 istorum hominum videmus, & animo equo videmus, civilis enim disensionis, & siue amentia, siue sati, seu calamitatis, non est iste molestus exitus: in quo reliquos saltem ciues incolumes licet conseruare. Verres ille vetus proditor Consul, translator Quae sturae, auersor pecunia publica, tantu sibi auctoritatis in Rep. suscepit, ut quibus hominibus per Senatum, per populu Roman. per omnes magistratus, in foro, in suffragijs,



IN VERREM.

in hac vrbe, in Republ. versari liceret : ijs omnibus mortem acerbam crudelemque proponeret, si fortuna eos ad aliquam partem Sicilia detulisset. \* An Cn. Pompeium clarissimum virum & fortissimum per multi occiso Perpenna ex illo Sertoriano numero militum confugerunt, quem non ille summo cum studio saluum incolumemque seruauit: cui cui supplicii nō illa dextera inuicta & fidem porrexit, & spem salutis ostendit? Itane vero? quibus fuit portus apud eum, contra quem arma tulerunt: ijs apud te cuius nullum in Republ. vnquā monumentum fuit, mors & cruciatus erat constitutus? Vide quam commodam defensionem excogitaris. malo me hercules id, quod tu defendis, hic iudicibus Populoꝝ Ro. quam id, quod ego insimulo, probari malo, inquam, te isti generi hominum, quam mercatoribus & nauicularis inimicum, atque infestum putari. meum enim crimen auaritia te nimia coarguit: tua defensio furoris cuiusdam, & immanitatis, & inaudita crudelitatis, & pene noua proscriptionis. \* Sed non licet me isto tanto bono, Iudices, vti, non licet. adsunt enim Puteoli toti: frequentissimi venerunt ad hoc iudiciū mercatores, homines locupletes, atque honesti, qui partim socios suos, partim libertos ab isto spoliatos, in vincla coniectos, partim in vinculis necatos, partim securi percussos esse dicent. Hic vide quam me sis vsurus aequo. cum ego P. Granium testem produxero, qui suos libertos à te securi percussos esse dicat: qui à te nauem suam, mercesque repetat: resellito si poteris: meum testem deseram

LIBE

ERREM.

LIBER VII.

deferam, tibi fauebo, te, inquam, adiuuabo: ostendito illos cum Sertorio fuisse, à Diamio fugientes ad Siciliam esse delatos, nihil est, quod te malim probare, nullum enim facinus, quod maiore supplicio dignum sit, reperiri neque proferri potest. \* Reducam iterum 154 Equitem Ro. L. Flauium, si uoles, quoniam priore auctoritate meorum testimonium, conscientia tua atque auctoritate meorum testimonium, testem nullum interrogasti: interrogetur Flauius, si uoles, quinam fuerit L. Herennius is, quem ille argentariam Lepti fecisse dicit: qui cum amplius centum ciues Romanos haberet ex conuentu Syracusanorum, qui eum non solum cognoscerent, sed etiam lachrymantes, ac te implorantes defenderent: tamen à te inspectantibus omnibus Syracusanis, securi percussus est, hunc quoque testem meum refelli & illum Herennium Sertorianum fuisse abs te demonstrari, & probari uolo. \* Quid de illa 155 multitudine dicemus eorum, qui capitibus inuolutis in piratarum captiuorumque numero producebantur, ut securi ferirentur? quae ista noua diligentia? quam ob causam abs te cogitata? an te L. Flauij, ceterorumque de L. Herennio uociferatio commouebat? an M. Annij grauisissimi, atque honestissimi uiri summa auctoritas? paulo de diligentiore in timidiorumque fecerat? qui nuper pro testimonio, non aduenam nescio quem, nec alienum, sed eum ciuem Romanum, qui omnibus in illo conuentu notus, qui Syracusis natus esset, à te securi percussum esse dixit.

Post

156 \* Post hanc illorum vociferationem, post hanc communem famam atque querimoniam, non mitior in supplicio, sed diligentior esse cepit. capitibus inuolutis ciues Ro. ad necem producere insiuit: quos tamen idcirco necabat palam, quod homines in conuentu (id quod antea diximus) nimium diligenter pradonum numerum requirebant. Hac in plebe Rom. te Pratore est constituta conditio: hac negocij gerendi spes, hoc capitis, vitæque discrimen. parumne multa mercatoribus sunt necessario pericula subeunda fortune, nisi etiam hæc formulines ab nostris magistratibus, atque in nostris prouincijs impendebunt: ad eamne rem fuit hæc suburbana ac fidelis prouincia Sicilia, plena optimorum sociorum, & honestissimorum ciuium Romanorum, quæ ciues Rom. omnes suis ipsa sedibus libentissimè semper accepit: vt qui vsque ex vltima Syria atque Aegypto nauigarent, qui apud Barbaros propter togæ nomen in honore aliquo fuissent, qui ex pradonum insidijs, qui ex tempestatum periculis profugissent, in Sicilia securi ferirentur, cum se iam domum venisse arbitrarentur? \* Nam quid ego de P.

157 Gaius Consono municipe dicam, Iudices: aut qua vi vocis, qua grauitate verborum, quo dolore animi dicam? tamen si dolor me non deficit, vt cetera mihi in dicendo digna re, digna dolore meo suppetant, magis elaborandum est. quod crimen eiusmodi est, vt cum: primum ad me delatum est, vsurum me illo non putarem. tamen si enim verissimum esse intelligebam, tamen credibile fore non arbitrabar: co-

Etis

ERREM

LIBER VII.

ctus lachrymis omnium civium Rom. qui in Sicilia  
 negociantur: adductus Valentinorum hominum ho-  
 nestissimorum testimonij, omniumque Rbegyno-  
 rum, multorumque Equitum Ro. qui casu tum Mes-  
 sana fuerunt: dedi tantum priorē actione testimo-  
 nium, res vt nentim dubia esse possēt. Quid nunc a-  
 gam? \* cum iam tot horas de vno genere, ac de istius 158  
 nefaria crudelitate dicam: cum propē omnem vim  
 verborum eiusmodi, quæ scelerē istius digna sunt, alijs  
 in rebus consumperim, neque hoc prouiderim, vt va-  
 rietate criminum vos attentos teneam: quemadmo-  
 dum de tanta re dicam? opinor vnus modus atque y-  
 na ratio est: rem in medio ponam: quæ tantum habet  
 ipsa grauitatis, vt neque mea, qua nulla est; neque  
 cuiusquam, ad inflammandos vestros animos elo-  
 quentia requiratur. \* Gaius hic, quem dico, Cossa- 159  
 nus, cum illo numero ab isto in vincula coniectus esset,  
 & nescio qua ratione clam è Latonijs profugisset,  
 Messanamq; venisset, qui propē iam Italiam, & mœ-  
 nia Rbegynorum videret, & ex illo metu mortis ac  
 tenebris, quasi luce libertatis, & odore aliquo legum  
 recreatus, reuixisset: loqui Messana cepit, & queri: se  
 ciuem Ro. in vincla esse coniectum, sibi recta iter esse  
 Romam, Verri se præsto aduenienti futurum, non in-  
 telligebat miser, nihil interesse, virum hæc Messana,  
 an apud ipsum in Pretorio loqueretur. Nam vt anti-  
 vos docui, hanc sibi iste urbem delegerat, quam habe-  
 ret adiutricem scelerum, furtorum receptricem, fla-  
 gitiorum omnium sociam. Itaq; ad magistratum Ma-  
 mertinum

IN VERREM

mertinum statim deducitur Gaius, eoque ipso die casu  
 Messana Verres venit. res ad eum deferretur, esse ciuem  
 Romanum, qui se Syracusis in Latomys fuisse quere-  
 retur: quem iam ingredientem nauem, & Verri ni-  
 mis atrociter minitantem, a se retractum esse, & asser-  
 uatum, vt ipse in eum statueret, quod videretur. \* Agit  
 160 hominibus gratias, & eorum erga se benevolentiam  
 diligentiamque collaudat. ipse inflammatus scelere &  
 furore, in forum venit. ardebant oculi: toto ex ore cru-  
 delitas eminebat: expectabant omnes quod tandem  
 progressurus, aut quidnam acturus esset: cum repente  
 hominem proripi, atque in foro medio nudari, ac deli-  
 gari, & virgas expediri iubet. Clamabat ille miser, se  
 ciuem esse Romanum, municipem Cossanum, meruisse  
 se se cum L. Precio splendidissimo Equite Romano,  
 qui Panormi negociaretur, ex quo haec Verres scire  
 posset. tum iste, se comperisse ait, eum speculandi causa  
 in Siciliam ab ducibus fugitiuorum esse missum, cuius  
 rei neque index, neque vestigium aliquod, neque suspicio  
 cuiquam esset vlla. deinde iubet vndique hominem pro-  
 161 ripi, vehementissimeque verberari. \* Cadebatur virgis  
 in medio foro Messana ciuis Romanus, Iudices, cum in-  
 terea nullus gemitus, nulla vox alia istius miseri inter  
 dolorem, crepitumque plagarum audiebatur, nisi haec, Ci-  
 uis Romanus sum. hac se commemoratione ciuitatis,  
 omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore  
 deiectionum arbitratur. is non modo hoc non perfecit,  
 vt virgarum vim deprecaretur: sed cum implora-  
 ret sapienter, vsurparetque nomen ciuitatis, crux, crux,  
 inquam,

ERREM

LIBER VII.

inquam, infeli i & arum. noso, qui nunquam istam  
 potestatem viderat comparabatur. O nomen dul-  
 ce libertatis: O ius eximium nostrae civitatis: O lex  
 Portia, legesque Semproniae: O grauer desiderata,  
 & aliquando reddita plebi Romanae Tribuni-  
 tia potestas: \* huc me tandem omnia reciderunt? 162  
 vt ciuis Rom. in prouincia Pop. Rom. in oppido fœ-  
 deratorum, ab eo, qui beneficio Populi Rom. fasces  
 & secures haberet, deligatus in foro virgus cadere-  
 tur? Quid cum ignes, candentesq. laminae, ceteriq.  
 cruciatus admouebantur? si te ill. us acerba implo-  
 ratio, & vox miserabilis, non inbibebat: nec ciuiũ  
 quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu &  
 gemitu maximo commouebare? in crucem tu age-  
 re ausus es quenquam, qui se ciuem Romanum esse  
 diceret? Nolui tam vehementer agere hoc prima  
 actione, iudices, nolui, vidistis enim vt animi mul-  
 titudinis in istum dolore, & odio, & communis pe-  
 riculi metu concitarentur: statui egomet mihi, tũ  
 modum orationi mea, & C. Numitorio Equiti Ro.  
 primario homini, testi meo: & Glabriori id quod  
 sapient. sim. è fecis, facere latatus sum: vt repente  
 consilio in medio testẽ dmitteret. etenim vereba-  
 tur, ne Po. Ro. ab isto eas pœnas vi repetisse videretur,  
 quas veritus esset, ne iste legibus & vestro iudicio  
 non esset persolaturus. \* Nũc quoniam iã explo- 163  
 ratum est omnibus, quò loco causa tua sit, & quid  
 de te futurum sit: sic tecum agam. Gaium istum,  
 quem repentinum speculatorem fuisse dicis, osten-  
 dam in Latomias Syracusis à te esse comectum, ne-  
 que id

que id solum ex literis ostendam Syracusanorum, ne  
 possis dicere me, quia sit aliquis in literis Gaius; hoc  
 fingere, & eligere nomen, ut hunc illum esse possim  
 dicere: sed secundum arbitrium tuum testes dabo, qui  
 istum ipsam Syracusis abs te in Latoniis coniectum  
 esse dicant. producam etiam Cossanos, municipales il-  
 lius ac necessarios, qui te nunc sero doceant, Iudices, no-  
 sero, illum P. Gaium, quem tu in crucem egisti, ci-  
 uem Ro. & municipem Cossanum, non speculato-  
 rem  
 164 fugitivorum fuisse. \* Cum hac omnia, quae pollicor,  
 cumulatè tuis proximis plana fecero: tum istuc ipsum  
 tenebo, quod abs te mihi datur. eo contentum me esse  
 dicam. Quid enim nuper tu ipse, cum Po. Ro. clamore,  
 atque impetu perturbatus, exiluisi; quid, inquam,  
 locutus es? illum quod moram supplicio quereret,  
 ideo clamitasse, se esse ciuem Romanum: sed specula-  
 torem fuisse. Tam mei testes veri sunt. Quid enim di-  
 cit aliud C. Numitorius? quid M. & P. Corij nobilissi-  
 mi homines, ex agro Tauromitano? quid Q. Lu-  
 ceius? qui argentariam Rhegi maximam fecit?  
 quid enim ceteri? adhuc enim testes ex eo genere à  
 me sunt dati, non qui nouisse Gaium, sed qui se vi-  
 disse dicerent: cum is, qui se ciuem Ro. esse clamaret,  
 in crucem ageretur. Hoc tu, Verres, idem dicis, hoc  
 tu confiteris, illum clamitasse, se ciuem esse Roma-  
 num: apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem va-  
 luisset, ut dilationem aliquam crucis, ut crudelissimi  
 teterrimiq; supplicij aliquam paruam moram saltem  
 165 posset afferre. \* Hoc teneo, hic haereo, Iudices, hoc sum  
 conten-

Contentus vno. omitto ac negligo cetera: sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. qui esset, ignorabas? speculatorem esse suspicabare? non quero, qua suspicionem: tua te accuso oratione. ciuem Rom. se esse dicebat. si tu apud Persas, aut in extrema India deprehensus, Verres, ad supplicium ducerere: quid aliud clamitares, nisi te ciuem esse Romanum? & si tibi ignoto apud ignotos, apud Barbaros, apud homines in extremis, atque vltimigentibus positos, nobile & illustre apud omnes nomen tua ciuitatis profuisset: ille quisquis erat, quem tu in cruce raptebas, qui tibi esset ignotus, cum ciuem se R. esse diceret, apud te Pratorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione, atque usurpatione ciuitatis assequi potui?

\* Homines tenues, obscuro loco nati nauigant: ad eunt ad ea loca, quae nunquam antea viderunt: vbi neque noti esse ijs, quo venerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt. hac vna tamen fiducia ciuitatis, non modo apud nostros magistratus, qui & legum & existimationis periculo continentur: neque apud ciues solum Romanos, qui & sermonis, & multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitratur: sed quocumque venerint, hanc sibi rem praesidio sperant esse futuram. \* tolle hanc spem, tolle hoc praesidium ciuibus Romanis: constitue nihil esse opis in hac voce, Ciuis Rom. sum: posse impune Pratorem, aut alium quemlibet supplicium, quod velit, in eum constituere, qui se ciuem Rom. esse dicat, quod quis ignoret: iam omnes prouincias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maxime patuit, ciuibus Ro. si a defensione pracluseris Quid si L. Precium Equit em



IN VERREM

R. qui tum in Sicilia negotiabatur, nominabat? et iamne id magnum fuit? Panormum litteras mittere, afferuisse hominem, custodys Mamertinorum tuorum vincitum, clausum habuisse, dum Panormo Precius veniret: cognosceret hominem: aliquid de summo supplicio remitteres. signoraret: tum, si ita tibi videretur, hoc iuris in omnes constitueres: vt qui neque tibi notus esset, neque cognitorem locupletem darent, quamuis ciuis Rom. esset, in crucem tolleretur.

168 \* Sed quid ego plura de Gaudio? quasi tu Gaudio tum fueris infestus, ac non nomini, generi, iuri ciuium hostis. non illi, inquam, homini, sed causa communi libertatis inimicus fuisti. Quid enim attinuit cum Mamertini more, atque instituto suo crucem fixissent post urbem, in via Pompeia: te iubere in ea parte stare, qua ad fretum spectaret: & hoc addere, quod negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixisti palam, te idcirco illum locum deligere, vt ille qui se ciuem Rom. esse diceret, ex cruce Italiae cernere ac domum suam prospicere posset? Ita que illa crux sola, Iudices, post conditum Messaniam illo in loco fixa est, Italiae conspectus ad eam rem ab isto delectus est, vt ille in dolore cruciatusque moriens, per angusto freto diuisa seruitutis, ac libertatis iura cognosceret: Italia autem alumnus suum, seruituti exiremo, summoque supplicio affectum videret.

169 ret. \* Facinus est vinciri ciuem Rom. scelus, verberari: propè patricium, necari: quid dicam in crucem tollere? verbo satis digno tam nefariae res appellari nullo modo potest. non fuit omnibus iste contentus. Spectet, inquit, patriam: in conspectu legum libertatisque moriatur. non tu hoc loco Gaudium, non vnum hominem, nescio quem, ciuem Roma-

nam,

num, sed communem libertatis, & civitatis causam  
 in illum cruciatum, & crucem egisti. Iam vero vi-  
 dete hominis audaciam. nomen eum graviter tulisse  
 arbitramini, quod illam civibus Romanis crucem non  
 posset in foro, non in comitio, non in rostris defigere?  
 quod enim his locis in provincia sua celebritate simi-  
 limum, regione proximum potuit, legit: monimen-  
 tum sceleris audaciaque sua voluit esse in conspectu  
 Italia, vestibulo Sicilia, pratervectione omnium,  
 qui vitro citroque navigarent. \* Si hac non ad ci-  
 ves Romanos, non ad aliquos amicos nostra civita-  
 tis, non ad eos, qui Populi Romani nomen audissent:  
 denique, si non ad homines, verum ad bestias: aut et-  
 iam, ut longius progrediar, si in aliqua desertissima  
 solitudine ad saxa & ad scopulos hac conquireri & de-  
 plorare vellem: tamen omnia muta atque inanima,  
 tanta & tam indigna rerum atrocitate commove-  
 rentur. Nunc vero cum loquar apud Senatores  
 Pop. Rom. legum, iudiciorumque & iuris autores,  
 timere non debeo, ne non vnius iste civi Rom. illa cru-  
 ce dignus, ceteri omnes simili periculo indignissimi  
 iudicentur. \* Paulo ante, Iudices, lacrimas in  
 morte misera, atque indignissima Nauarchorum  
 non tenebamus: & recte ac merito sociorum innocen-  
 tium miseria commovebamur. quid nunc in nostro  
 sanguine tandem facere debemus? nam civium Ro-  
 manorum sanguis coniunctus existimandus est, quo-  
 niam id & salutis omnium ratio, & veritas omnium  
 postulat. omnes hoc loco civis Romani, & qui ad-  
 sunt, & qui ubicunque sunt, vestram severitatem  
 desiderant, vestram fidem implorant, vestram  
 auxilium requirunt: omnia sua iura, commoda,  
 auxilia, totam denique libertatem in vestris sen-  
 tentijs

IN VERREM

172 tentijs versari arbitrantur. \* Ame, tamen si satius  
 habent, tamen si res aliter acciderit, plus habe-  
 bunt fortasse, quam postulant. nam & si qua vis  
 istum de vestra seueritate eripuerit, id quod neque  
 metuo, Iudices, neque vlllo modo fieri posse video: sed  
 si in hoc me ratio sefellerit, Siculi causam suam pe-  
 risse querentur, & mecum pariter moleste ferent:  
 populus quidem Romanus breui, quoniam mihi pote-  
 stas atque apud se agendi dedit, ius suum, me agente,  
 suis suffragijs ante Cal. Februarias recuperabit. Ac si  
 de mea gloria & amplitudine queritis, Iudices: non  
 est alienum meis rationibus, istum mihi ex hoc iudi-  
 cio ereptum ad illud Pop. Ro. iudicium referuari. Splē-  
 dida est illa causa, probabilis mihi & facilis, populo  
 grata atque ius unda. Denique si videor hic, quod ego  
 non quaesivi, de vno isto voluisse crescere: isto absoluto,  
 quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis  
 mihi crescere licebit. Sed me hercules vestra, rei que  
 publica causa, Iudices, nolo in hoc delecto consilio  
 tantum flagitium esse commissum: nolo eos Iudi-  
 ces, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac  
 vrbe notatos isto absoluto ambulare, vt non cera, sed  
 cæno obliti esse videantur. \* Quamobrem te quo-  
 que, Hortensi, quia monendi locus est, ex hoc lo-  
 co moneo: videas etiam atque etiam, & conside-  
 res, quid agas, quo progrediare: quem hominem,  
 & qua ratione defendas. neque de illo quicquam  
 tibi presumo, quo minus ingenio mecum, atque omni  
 dicendi facultate contendas. cetera, si qua putas te  
 occultius extra iudicium, qua ad iudicium peri-  
 nent, facere posse: si quid artificio, consilio, po-  
 tentia, gratia, copijs istius moliri cogitas: magnope-  
 re censeo desistas: & illa quatenentatiam, & cæpta  
 ab isto

173

## LIBER VII.

ab isto sunt, à me autem peruestigata, & cognita, moneo vt extinguas, & longius progredi ne sinas. magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore quam putas.\* Quod enim te liberatum iam existimationis metu, defunctum honoribus, designatum  
 CO S. cogites: mihi crede, ornamenta ista, & beneficia Populi Romani non minore negotio retinentur, quam comparantur. tulit hæc ciuitas, quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam vestram dominationem in iudicijs & in omni Rep. tulit. sed quo die Populo Rom. Tribuni pl. restituti sunt, omnia ista vobis (si forte nondum intelligitu) adempta atque erepta sunt: omnium nunc oculi coniecti sunt hoc ipso tempore in vnumquenque nostrum, qua fide accussem, qua religione hi iudicent, qua turratione defendas.\* de omnibus nobis, si quis tantulum de recta regione deflexerit: non illa acuta existimatio, quam antea contemneret solebatis, sed vehemens ac liberum Populi Romani iudicium consequetur. nulla tibi, Quinte, cū isto cognatio est, nulla necessitudo: quibus excusationibus antea in iudicio studium tuum defendere solebas: earum habere in hoc homine nullā potes, qua iste in prouincia palam dicebat: cum ea qua faciebat, tua se fiducia facere dicebat.\* eane vera putentur, tibi maxime est prouidendum.\* Ego n. ei iam rationem officii confido esse omnibus iniquissimis  
 meis per solutam: nam istum paucis horis prima actionis omnium mortalium sententiis condemnauit: reliquum iudicium non iam de mea fide, qua perspecta est: neque de istius vita, qua damnata est: sed de iudicijs, & vere vt dicam, de te futurum est. at quo tempore futurum est? nam id maxime prouidendum est. Et enim cum omnibus in rebus tum in Rep. permagni momenti est, ratio atque inclinatio

IN VERREM

natio temporū: nempe eo, cum Populus Ro. aliud genus hominum, atque alium ordinem ad res iudicandas requirit: nempe ea lege de iudicijs, iudicibusque nobis promulgata, quam non is promulgavit, cuius nomine proscripsi videtur, sed hic rem. hic, inquam, sua spe atque opinione, quā de vobis habet, legem illam scribendam promulgandamque curavit. \* Itaque, cū primo agere cepimus, lex nō erat promulgata: cum iste vestra seueritate permotus, multa signa dederat, quāobrem is responsurus non videretur, mentio de lege nulla fiebat. Posteaquam iste recreari & confirmari visus est, lex statim promulgata est: cui legi vestra dignitas vehementer aduersaretur, istius spes falsa, & insignis impudentia maximē suffragatur. Hic si quid erit commissum à quoquam vestrum quod reprehendatur: aut Populus Romanus iudicabit de eo homine, quem iam ante a iudicijs indignum putavit: aut hi, qui propter offensionem iudiciorum de veteribus iudicijs lege noua noui Iudices erunt constituti. \* mihi porro, vt ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit, quam longē progredi sit necesse? Potero silere, Hortensi? potero dissimulare? cum tantum Resp. vulnus acceperit, vt expilata prouincia, vexati socij, dii immortales spoliati, ciues Romani cruciati & necati impunē actore esse videantur? potero hoc ego onus tantum aut in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus sustinere? non agitata res erit? non in medium proferenda? non Populi Romani fides imploranda? non omnes, qui tanto se scelere obstrinxerint, vt aut fidem suam corrumpi paterentur, aut iudicium corrūperent, in discrimen ac iudiciū vocandi? \* Queret aliquis fortasse: tantumne igitur laborem, & tantas inimicitias

ERREM

LIBER VII.

inicitias tot hominum suscepturus es? non studio quid-  
dem hercule villo, neque voluntate. sed non idem mi-  
hi licet quod is, qui nobili genere nati sunt: quibus om-  
nia Pop. Rom. beneficia dormientibus deferuntur: longe  
alia mihi lege in hac civitate. & conditione viu-  
endum est. venit enim mihi in mentem M. Catonis  
hominis sapientissimi: qui cum se virtute, non genere  
Populo Romano commendari putaret: cum ipse sui ge-  
neris initium ac nominis, ab se gigni & propagari vel-  
let, hominum potētissimorum suscepit inimicitias, &  
maximis in laboribus vsque ad summam senectutem,  
summa cum gloria vixit. \* Posteaquē Pompeius hu-  
mili atque obscuro loco natus, nonne plurimum inimi-  
citiis, maximisque suis periculis, ac laboribus am-  
plissimos honores est adeptus? Modo L. Fimbriam, C.  
Mariam, C. Lelium vidimus non mediocribus inimi-  
citiis, ac laboribus contendere, vt ad istos honores  
peruenirent, ad quos vos per ludum & per negligenti-  
am peruenistis. Haec eadem est nostra rationis regia  
& via: horum nos hominum sectam atque instituta  
persequimur. Videmus quanta sit in inuidia quanto-  
que in odio apud quosdam homines nobiles, nouorum  
hominum virtus & industria: si tantulum oculis de-  
iecerimus, praesto esse insidias: si vllum locum aperue-  
rimus susceptioni aut crimini, accipiendum esse sta-  
tim vulnus: esse nobis semper vigilandum, semper  
laborandum videmus. \* Inimicitias sunt, subeantur:  
labores, suscipiantur. Et enim tacite magis & occul-  
ta inimicitia timenda sunt, quam indicta, & aperta.  
Hominum nobilium non ferē quisquā nostra industria  
fauit, nullis nostris officiis benevolentia illorum alli-  
cere possumus: quasi natura & genere disjuncti sint,  
ita disjuncta nobis animo ac voluntate. Quare

180

181

IN VERREM

122 quid habent eorum inimicitia periculi? quorum a-  
rimosiam ante habueris inimicos & inuidos, quam  
villas inimicitias susceperis? Quamobrem mihi iudi-  
ces, optandum est illud, in hoc reo finem accusandi fa-  
cere, cum & Populo Romano satisfactum, & recep-  
tum officium Siculi necessarijs meis erit persolutum.  
Deliberatum autem est, si res opinionem meam, quam  
de vobis habeo, sefellarit, non modo eos persequi ad  
quos maxime culpa corrumpendi iudicij, sed etiam  
illos, ad quos conscientia contagio pertinebit. Proin-  
di, si qui sunt, qui in hoc reo, aut potentes, aut auda-  
ces, aut artifices ad corrumpendum iudicium velint  
esse, ita sint parati, vt disceptante Populo Romano  
mecum sibi rem videant futuram: & si me in hoc  
reo, quem mihi inimicum Siculi dederunt, satis ve-  
hementem, satis perseuerantem, satis vigilantem  
esse cognoverint, existiment in his hominibus, quorum  
ego inimicitias Populi Romani salutis causa susce-  
pero, multo grauiorem, atque acriorem futurum.

183 \*Nunc te, Iupiter Optime Maxime, cuius iste donum  
regale dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Ca-  
pitolio atque ista arce omnium nationum, dignum re-  
gio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatum at-  
que promissum, per nefarium scelus de regis man-  
ibus extorsit: cuiusque sanctissimum, & pulcher-  
imum simulacrum Syracusis sustulit: teque, Iuno Regina,  
cuius duo sancta duabus in insulis posita sociorum Me-  
lita, & Sanctissima, & antiquissima simili sce-  
lere, idem iste omnibus donis, ornamentisque nudauit:  
teque, Minerua, quam ite mihi iste duobus in clarissi-  
mis & religiosissimis templis expilauit: Athenis,  
cum auri grande pondus: Syracusis, cum omnia  
184 prater tectum & parietes abstulit. teque, Lato-  
na &

na & Apollo. & Diana, quorum iste Deli non fanum, sed vt hominum opinio, & religio fert, sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio, atque impetu copulauit: etiã te Apollo, quem iste Chio sustulit: teque etiã atque etiã, Diana, quã Perga spoliavit, cuius simulacrũ sanctissimum Segesta, bis apud Segesta nos consecratum, semel ipsorũ religione, ut erũ P. Aphricani victoria, tollendum, asportandumque curauit: teque, Mercuri, quem Verres in villa, & in priuata aliqua palestra posuit: P. Aphricanus in vrbe sociorum, & in gymnasio Tyndaritorum, inuentus est illorum custodem, & presidem voluit esse. \* teque Hercules, quem iste Agrigenti nocte in tempesta, seruorum instructa, & comparata manu conuellere ex suis sedibus, atque auferre conatus est: teque, sanctissima Ideã, quam apud Ergunos angustissimo & religiosissimo in templo sic spoliatã reliquit, vt nunc nomẽ modo Aphricani, & vestigia violata religionis manent, monumenta victoria, fanique ornamenta non extant: vosque omnium rerum forensium, consiliorum maximorũ, legũ, iudiciorumque arbitri & testes, celeberrimo in loco Pratorii locati Castor, & Pollux, quorum è templo questum sibi iste, & prædam maximam improbiusimè comparauit: omnesque dii, qui vehiculis Theusarum solennes cœtus ludorum initiũ, quorum inter iste ad suum questum, non ad religionum dignitatem faciendum, exigendumque curauit: \* teque, 186 Ceres & Libera, quarum sacra sicut opiniones hominum, ac religiones ferunt, longè maximis, atque occultissimis ceremoniis continentur: à quibus initia vita atque victus legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & ciuitatibus data, ac dispersita esse dicuntur: quarum sacra Populus Ro-

Q 5 manius



IN VERREM LIB. VII.

manus à Gracis asit a, & accepta, tant a religione, & publicè & priuatim tuetur, non vt ab alijs huc allata, sed vt ceteris hinc tradita esse videantur: qua ab isto vno sic polluta, & violata sunt, vt simulacrum Cereris vnum, quod à viro non modo tangi, sed ne aspicere quidem fas fuit, è sacratio Catina conuellendum, auertendumque curauerit: alterum autem Emma ex sua sede, ac domo sustulerit, quod erat tale, vt homines cum viderent, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiè Cereris non humana manu factam, sed celo delapsam at bitrarentur. \* vos etiam atque etià impioro, & appello, sanctissima dea, qua illos Emmenses laus, lucosque colitis, cunctaque Sicilia, qua mihi defendenda tradita est, praesidetis: à quibus inuentis frugibus, & in orbem terrarum distributis, oēs gentes, ac nationes vestri religione numinis continentur: ceteros utè deos, deasque omnes imploro, atque obtestor, quorum templi & religionibus iste nefario quodam furore, & audacia instinctus, bellum sacrilegum semper, impiumque habuit indictum, vt si in hoc reo, atque in hac causa, omnia mea consilia ad salutem sociorum, dignitatem Pop. Ro. fidem meam spectauerunt, si nullam ad rem, nisi ad officium & veritatem omnes meae cura, vigilia, cogitationesque laborarunt: quae mea mens in suscipienda causa fuit, fides in agenda: eadè vestra in iudicanda sit. \* Denique vti C. Verrem, si eius omnia sunt inaudita, & singularia facinorosa sceleris, audacia, perfidia, libidinis, auaritia, crudelitatis, dignus exitus eius modi vita, atque factis, vestro iudicio consequatur: vt que Resp. meaeque fides, vna hac accusatione mea contenta sit: mihi que posthac bonos potius defendere liceat, quam improbos accusare necesse sit.